



Va 6

*anno domini sanctissimi millesimi
1650. die 21 februarii
1650.*

*Gothaeum et Phalium euanus alias de
Metz sive ab invenientibus.*

JOSEPH GALEANI

EPIDEMICA

F E B R E

MEDICA EPISTOLA

*Romae radicata est plaga anni 1650
per struvam dicitur Marcii Romi dicitur
propter letum domini studi operam
dilectorum suorum. Quia ergo regis in
teruenit pro laetitia bonorum et gaudiorum
niveles frangit nomen meum impotens.*

in familiis et omniis conuersarij
Domini Nostri. Ex quo opes gracie Uf.
Matri ~~H~~ Mariae, matri et mei fam
Eni et ab anno 1649 mensis febr
Ago. d' huius
Preg, orare, et Animar, ad mei in re
uicord et fidei, iusti erunt post ha
re. qd. ad mortem et post, beatam e nos.
Ex quo n*on* ~~magis~~ ^{magis} gratia
vires ualentes mihi a te alienandi
Cede matri beatorum nuncq. in hys dicitur
ab eis domi, et hoc facit et comitarij,
serui, per nos Comitatu in Petri domo, anti
huius tamquam frangimine. et hys in animo.
Hoc nunc pot. aueriant ipsa di
caminis de falso ~~veritate~~ numeri et he
cet salutis Vnde Cupidi. huius et fidei
timet ualeat, ut uolentibus Remulsi
fidei fai. Marij 1669 nulli
Maastricht oogle

JOSEPH GALEANI

PHILOSOPHI, AC MEDICI SICULI

Panormitani, in magno Panormitano

Xenodochio Phisici ordinarij.

CELEBERRIMO

PETRO CASTELLO PHILOSORHO,

ac Medico Romano in nobili Messanensium

Gymnasio Medicinam publice Docenti.

EPISTOLA MEDICA.

IN QVA TVM DB EPIDEMICA FEBRE THEORICE,

& practicè agitur, tum controuersia omnes de dicta, phar-

macia, & chirurgia in malignis febribus enodantur.


Ad Illustriss. & Reuerendiss. Dominum

DON DIDACVM REQUESENIVM

ARCHEBISOPVM CARTAGINENSEM, ET MAZA-

RIENSEM EPISCOPVM.

Pertinet ad Conutum S. Franc. Tansiberim



Ad Usum Pagi Angelini Nar.

Imprimatur Salernus V.G. Imprimatur de Denti P.

Alphonfus de Isola Typographus Cameralis Panormi
impressit Anno Domini M. DC. XLVIII. —

Cum nos ius nominati, et subscripti unanimis suorum,
et uniformiter existimant, et quoniam (Opinante Proo, et
Marco Maria de loco) vita agemus absq. yello
prospero certaminis; ad Eoi nō nomen ados possumus
in Cor (Marci Antonij) romane, et eiusdem in Cor
Macci (propositi) nunc iuste, et uero nō nos facioq;
et Andrzej) hoc nobis non faciat, solerimus
nos scribere nosas, nobisq;. manifestare quid
quid sine nos nō est, ac signare hic nomine
ad nobis dilecas. Marci Antonij An-
gelicus, Macci Angelicus una simili

Obsecro auditor, si quid maius sit me cupit, alio
querat inde somni, acq. dñusq. sup. a die
non. socij. Rome
R. Marti ibidem
Dicitur ergo

D.DIDACO REQVESENIO
ARCHIEPISCOPO CARTAGINENSI
ET MAZARIENSI EPISCOPO.

PARVULA è maximis Illustriss. ac Reuerendiss. Domine, solent sàpè sàpius humaniori vultu respici. Opusculum hoc, tibi humillimè dicatum, haud vili prætio apud te futurum spero; cum ineffabilis animi tui clementia, celsitudo, generositas maiora semper pariat, præparet, prosequatur. Meritò autem, qualiacumque hæc sint, tibi debentur; tua enim sunt si materiam, de qua hîc sermo instituitur, respicias. Ea est epidemica febris, cuius causa præcipua à siderum peruersis constellationibus ortum duxit. Hæ verò cœlestes configurationes populorum animos etiā ad tumultus inclinarunt, ad quorum rabiem, furoremque curandos quantum aspectus tui præsentia, quantum artificiosus sermo, quantum solers prudentia, quantum Christiana pietas efficerit vniuersi Panormitani ciues maxima cum admiratione exponunt, exclamant, prædicant. Sed quid Sole clariora illustrare mihi est in animo? Venerabili silentio cuncta inuoluere melius existimo. Pan. Calend. Ian. 1648.

Illustrissimi & Reuerendiss. Domini

Humillimus Seruus

Ioseph Galeanus.

LE-

LECTORI MEDICO OPERIS AVCTORI.

Habes hic, Medice Lector, medicam epistolam de recta medendi methodo epidemicas febres, quæ Panormi huc usque vagarunt. Paruae, ac tenues sunt, fateor, ingenij mei vites; maxima tamen, ac solida mihi in animo esset offerre. Quæcumque autem sint, si oculis non ab humanitate alienis prospiciantur, nonnulla in ijs, de rebus medicis benemerita inuenientur. Controversias omnes, quæ hic de diæta, pharmacia, & chirurgia agitantur, ad quascumque febres maleficas, ac pestilentes, tuin variuersales tum particulares aptari non inutiliter possunt. Hic primus est meus in medicas facultate labor. Nil ergo mirum, si non ita validus. Sub initijs cuncta imbecilliora. Quæ postea in lucem prodibunt: opus præserzim, in quo de rhenda valetudine noua quadam methodo disseritur, celebrioresque totius medicinæ quæstiones problematicè discutiuntur; gratiora forsitan eruditiorum auribus peruenient. Interim, dum hæc legis, humilem Auctoris intellectum excusa. Vale.

ERVDITO LECTORI

MARCVS ANTONIVS ALAYMVS
PHILOSOPHVS, ET MEDICVS S.D.

LECTOR studiose, qui artem Apollineam profiteris, si incurandis epidemialibus, verèque malignis febribus, Deo Opt. Max. seruire, humano generi subuenire, tibique ipsi honori quam maximo esse percupis, attente epistola hanc perlegas, concianitate absolutam; Hymettio melle, omnique nectare dulcior em, a doctissimo GALEANO medicæ facultatis lectori consumatissimo, & in Panormitano Xenodochio magno, exercitatissimo constructam; suffultam quidem vere, & genuinis dogmatibus a perennibus Hippocratis, & Galeni fontibus exhaustis, & non (vt aliqui faciunt) ex coenosis, turbidisque aquis exilium fossiculorum mendicatis: libens igitur, & oppidu ut legas rogo, vale; & iterum ut legas, Vale.

Se-

Sequentes amicorum plausus ;
Non ut sibi humaniter tradita iactaret encomia ;
Sed ne ingratis animi rebus videretur ,
alphabetico nominum ordine ,
pro custardis ingeniorum certaminibus ,
bic ad auras prodire bumillimè permisit Author :



S. T. & V. I. D. D. Alphonsi Saluo Panormitani.

Anagramma.

Doctor Ioseph Galeanus.

Post h̄c ægro denuo salus.

O quæ mortales , Mors imperterrita terres ?

Quid febres iactas , queis sibi sternis iter ?

Hic tristes suspende arcus , ubi vita exsūpbat ;

Hic calamos calamo desere victa tuos .

Quid mussas ? agè corporibus fera prælia misce ;

Nam POST HIC AEGRO DENVO certo SALVS .

Andrea Noledi Panormitani .

Dyfthichon .

Solis ut inspectus radys dissoluitur humor ,

Sic detecta Ioseph nulla venena vigent .

Philosophi & Medici Antonini Basilij .

Anagrammata plura , pura .

I.

Ioseph Galeanus .

Angelus Sophiæ .

II.

Doctor Ioseph Galeanus .

Sophus en gloria doceat .

Do;

III.

Doctor Ioseph Galeanus Medicus Panormitanus,
nostri status, ac sœculi ore clarissimus.

Voce Sanclementi vti Musas Siculas lustrasti, ita
gnarus honores Medicos propria doces.

IV.

Doctor Ioseph Galeanus hanc miram febrem, & circiter
summam Panormi incidis, dimitis.

Anagramma purum, & metricum.

Dum matris, metricam, medicam, cognomine patris,
Artem ornas: Pbœhi diceris binc filius.

Don Antonij Palermo Panormitani Auctoris discipuli.

Epigramma.

Sidera corruptum tetro immisere veneno
Lumen, & binc nobis serpere visa lues.
Ecquis erit tandem effictens? En unus Ioseph
Antidotum medica prouidus arte parat.
O cives igitur tribes deponite curas.
Territa sponte petent astra maligna fugam.

Dominici Francioglio Auctoris discipuli.

Epigramma.

Quid Mars at bereis letiali fidere campis
Tentat, ut incautos perderet orbe viros?
Crudele incaustum facinus molitur ab astris
Irrita, nec nobis marita tela nocent.
Antidotis Ioseph iedus tam parma retundit,
Gemmorum extiaguit virus & iste latex.
Tu Martem, & Mortem medica de finibus arte
Arces, in terris astra superna regens.

Don

Don Francisci Inueges.

Epigramma.

Hinc immortalem mortales ducere vitam
Discite, Mors tandem discit & unde mori.
Quod si tarda fides, exemplo discite nostro:
In se ego & cineres hinc rediuius ero.

Philosophi & Medici Ioannis Baptiste Citarotto;
Auctoris familiarissimi.

Anagrammatismus.

Joseph Galeanus.

Sanos a lue regis.

Pestiferam queritur, licet ortam calitus, Hydram
Graffari incives Aurea Conca suos.

Obnoxia Medicis dirum caput vrere Pestis,
Defuit ars; potuit ferre nec ullus opem.

O decus Hippocratis, nouus o Galeane Galenus,
Quem Natura colit, Mors timet, astra prebant,
Gens agrota valet: monstrum letale trucidat;
Quod potius, SANOS A LVE mitè REGIS.

Hydra decata iacet; morbo precul ecce Panormus
Erigit ingenio digna tropbaa suo.

V.I.D.D.Ioannis Dominici de Ballis Panormitani.

Epigramma.

Dum febris, Galeane, doces expellere virus,
Et medica saculum vincere Mortis opes,
Miratur, te iure colit, primumque fatetur
Qui seit, & auditor iam cupis esse tui.
Arridensque sibi, calo miratus Apollo
Alter me genitus surgit, & ipse Deus.

Ioseph Vincentius Maraxxa Panormitanus.
Auctori Philosopho, & Medico celeberrimo
Orethæo olor dulcissimo.
Anagramma duo
Dono dat.

Artium, & Medicinæ Doctor Iosephus Galeano
Asagramma I.
Hoc perito medicamine diu ægrotos luc sanat.
Artium, ac Medicinæ Doctor Ioseph Galeanus
Panormitanus.
Anagramma II.

Notus cano; peritus curans Epidemica mala
vitam ægris dono.

V. I. D. Don Marij Drago Panormitani

Epigramma.

Improba Mors cedat Galeani tela medelis,
Solo etenim aspectu languida membra fonet.
Si feram mortiferis velis infectare venenis,
Viscere ab interno cuncta venena fugat.
Et igitur nobis Galeanus magnus Apollo,
Sique Galenus abest, iam Galeanus adest.

V.I.P.D. Matthæi Cristadoro, & Cauagna Panormitani

Epigramma.

Et lapis humana similis lingue aurea Gloso,
Pellere que virum, queque aconita potest;
Crocea, que lingua est Siculis, nisi gemmea Ioseph,
Quæ, febres arcit, queque venena fugat?

Don

Don Sanctus Giganti Vicarius Ciminnensis
Radix.

Ioseph Galeanus, Art. & Medic. Doctor, atque Lector.
Anagramma.

Heroicè cantat, ac mirè medetur.

Esto itaque dignus Apollo.

Tvpiter ad Musas: superis concedite Natum;
Nil opus, in terris ducat Apollo dies.

Iussit; & rima petens nutu Sacer Ales, Ouantem
Transfluit in patrias, Calica Regna, domos;
Ah quid agis & Musa clamant. beu Praeside tanto
Cur viduasse Orbem? cur viduasse eborum?

Et quis enim aeternans Heroum carmine famam,
Concinet ad nostros inclita facta modos?

Quis vi Parcarum domita, Pythonibus obstante,
Afferet, ad miserum vota, salutis opem?

Subrigit Pater ad questus, turbatoq; dictis
Pettora sedauit talibus: unde metus?

Ite Panormitas, Felix caput Orbis, in oras,
Offeret bielatos Aurea concha sinus.

Hic ubi Parnassus superat Peregrinus honores,
Atq; Caballinas vincit Orebus aquas,

Carmine perpetuat famam, medicamine vitam,
Alter, Apolline agentis, & Artis honor.

Inquit, & ex Alto GALEANVM indicis Olympo,
Nominis inuertens (arte stupente) notas.

Hic HEROICE, ait, CANTAT, MIREQ. MEDETVR
DIGNVS APOLLO ESTO, SVPPLEAT iste vices.

Sat placitum Musis; Hilares insignia præbent:
Tela lyramq; Aptant laurea sarta comis.

Digna triumphanti recinunt encomia plauju:
Ecce nouus Praeses, Pythius ecce nouus.

At viso bic iterum IOVIS ALITE, Falleris: ejunt.
Quid? rapies Hunc? Ab, quando dasura parent?

Don

Don Vincentij Auria Panormitanij.

Dysticon.

Si VITAM nobis do^{ce}so medicamine præbeis,
Plus VIVET scriptis Aarea concha suis.

Don Vincentius de Maria Auctori, duplii laurea
dignissimo, duplex hoc Anagramma,
deuinctissimi animi Mnemosynon.

I

Radix.

Iosephus Galeanus Panormitanus, & Artium, &
Medicinæ Doctor.

ANAGRAMMA PVRV M.

Te Galeno maiorem putans, prædicat Meditrina,
cuius tu es honos.

Maiorem Meditrina Putans te iurè GALENO;
Cuius honos tu es : en prædicat hisce notis.

II.

Radix.

Iosephus Galeanus Panormitanus, & Artium, &
Medicinæ Doctor.

ANAGRAMMA PVRV M.

Dij te, a^oDiua^e Clio, Euterpe, & Parnassus omnis,
magnum honorat.

Diua^e, Euterpe, Clio, omnis te & Parnassus honorat
. Ac Dij magnum : orbis totus, & ipse colat.

PRAE-



O P E R I S

PRAEFATIO

LAEST profecto; doctissime Castelli,
vittutis vehementia, ut exteris,
ignotos, forsitan diuersi, vel ad-
versi temperamenti, moris uero ho-
mines arctissimo familiaritatis, ac
benevolentie vinculo cincte se-
vniat. Hinc ego, (io genue, & si-
ne illa adulatio silue id fatus) q[uod] primum eru-
ditissimas librorum tuorum elucubrationes, quae in
re medica locum inter celebriores iuste optimo me-
rentur, vidi, euolui, legi, accuratèque maxima cū
oblectatione perlegi, ita me, tuis ingenij, ac doctrinæ
gratia, turamantissimum perspexi, vt tecum sæ-
pè sepius esse, tecum discurrere, stimulque tecum
fidissima amicitiae munera obire posse optarim. Cū
hoc tamen urbium, in quibus moramur, distantia,
nec non propriæ æconomiae vinclula nequaquam
permitterent, quidquid præsentia obtinere mini-
mè potui, per literas, quæ animorū conceptrus per-
bellè exprimunt, adipisci conatus sum. Primum
igitur tuum sit erga me patrocinium, tuam libere
sentiam, at iudicium proferre: de hac mea se-
quenti conjectura pro vaganti epidemica ægritu-
dine, cuius sentiam, causas, præservationē, cura-
tionemq[ue] juxta ingeniosi mei resuaret, quo ex-
planare aggrediar.

A

Voi;

104

Vniuersam hanc dilucidam, per breuemque tractationem in quatuor diuidam capita; i.e. quorum primo historiam morbi fidissima relationis methodo cum omnibus accidentibus, ac symptomatibus eam concomitantibus, enarrabo. Secundum causas omnes, ex quibus tu generatum, tum speciatione praesens affectio originem ducat, continebit. Tertiio quæcumque ad eius præseruationem conducere posse videbuntur, explicanda venient. Postremum denique integrum, & quantum fieri poterit certiore curandideam amplexabitur. Post haec controversias omnes practicas quæ ex vita, capite edacentur, fusa oratione connectam.

CAPUT PRIMVM.

Historia morbi proponitur.

Epidemicus
morbisquis
sit.



NIVERSALES morbos, qui ex communi causa orti in omnibus ferè variae complexionis, vite generis, ætatis, ac sexus corpora æqualiter grassatur, epidemicos germana denominatione appellari, in libris passim tum Hippocratis de morbis vulgaribus, tum Galeni in borum commentarijs, liquidò obseruabit quicumque medica ipsorum monumenta non oscitanter evoluet. Noster hic morbus cacoethè febre circumscriptus, cùm vniuersos homines eodem more inuadat, eademque characterismo inficiat, meritò a nobis inter epidemicos enumeratur. Cùm hi tamen tria apud se contagionis semina contineant; quorum princip-

Cur noster
fit epidemicus.

Quot, et qua
semina con-
tagionis.

principis, quia ad distantissimas etiam regiones per aerem transferri potest, ad distans dicitur; alterum non ita effrene, ex eo quod virulentiam in ijs omnibus, quae ad usum ægrotatiæ aliquo modo pertingunt, seruant, ac souent, per somitem appellatum; postremum denique quod duobus predictis debilius, & nisi familiari, ac iterata cum ægro consuetudine, proximoque contactu nil efficiens, per contactum noncupatum: epidemicus noster, nec distantia, nec somite agens, inter eos tantummodo, qui ex solo contactu coque strictissimo, saepiusque iterato laetant, iure optimo adscribitur.

Verum ad eius mores, symptomata, & acciden-
tia describenda accedamus. Corripuntur bacule
affetti febricitantes febre ut plurimuni primis die-
bus lenta, qualis, calidum assumptum venena-
tum pharmacum associari solet; raro enim in ali-
quibus feruidior apparet præter naturalis caliditas.

Sub principijs tardo ingreditur gressu, ut catharra-
lem potius febriculâ repræsentet; imo in quamplu-
ribus etiam per dies, quatuorue dies nulla se prodit
sensibilis in arteriarum motione, carniumque ta-
ctu febris: licet conqueratur æger perperam se ha-
beri, cum tamen nihil speciatim proferat, ex quo
Medicus morbi conjecturam consequatur. Auge-
scente postea affectu prauitas in lucem exit. Pulsus
perpetuò frequentes. Initio tamen in nonnullis
cum frequentia magnitudine etiam, & celeritas ob-
seruatur si validæ sint ægrotantiū vires; quæ si pau-
lo post prosterantur, frequentes, parui, debiles,
celeresque fiant. Vriniæ in cunctis ferè sanis simil-
lioræ cernuntur: moderata substantia, citrinus co-
lor, alba, leuis, æqualisque hypostasis. In nonnullis

Epidemicæ
presentis fe-
bris sympto-
mata descri-
buntur.

Qualitas ea
loris febri-
lit.

Pulsus.

Vriniæ

- lis subiugales, turbidae, quales iumentorum. Eas duotur ut plurimum omnia præcipua interna visceræ; ventriculus, cor, & cerebrum: frequentius tamen cerebrum, & cor labefactantur. In cerebro vigilie sèpissimè, ac deliria, eaque ferina ex atrabilis humor progenita; raro lethargi, soporosæque affectiones accidentur. Cuius cerebri excrementa malefica solent in multis ad eiusdem emunctoria per parotidas terminari, criticè tamen in nonnullis, symptomaticè, vel ad mortem in pluribus. Cor synopi, virium lapsu, ansietatibus affligitur. Ventriculus dolorem quemdam cardialgie persimilem ex vitellina bile in eius fundo collecta patitur. Vomuersi ferè hoc morbo affecti faecium, & oris adiunctas habent inflammationes, atque viscera, maxima cum respirationis, ac deglutitionis difficultate. Errant quens in hisce febribus apparet spirituallum membrorum compressio, anhelitusque angustia, & labor. Non in paucis totius corporis maculae illæ, atque exanthemata, quæ vulgari vocabulo peticulae appellari solent, supercutem efforescent. Sitis in aliquibus nulla, aut pauca, in aliquibus intollerabilis, sicut etiam lingua in illis alba, & mollior, in aliis nigra, & asperior. In omnibus internarum viscerum phlogosis obseruatur. Hæc propter brevem, sedque huius morbi historia, non est illa non satissimè dicta sit. Mox ad omnesq; eius causas accedit, ne corpori mucus a suppuratione damus: illis tunc in instanti cœli, in aliis, raro, post, rursum a corpore frigidi, siccandi, & levandi, in aliis, raro, post, rursum a corpore calidi, & levandi, in aliis, raro, post, rursum a corpore frigidi, siccandi, & levandi.
- Läsiones cerebri.*
- Cordis.*
- Ventriculi.*
- Faecium, et oris.*
- Peticulae.*
- Sitis.*
- Inflammatio interna.*

CA;

CAPVT SECUNDVM.

Causa omnes explorantur.

MORBORVM diuisio in sporades , seu dis-
persos, particulares sud , & in epidemicos ,
vel vniuersales , communiterque grassan-
tes non solum à Galeno in Epidemiorum commē-
tarijs passim tradituri , verum etiam apud cunctos
de remedia benemeritos pro comperto habetur .
Quicumque autem utriusque morborum generis
causas inquirere vult , sicuti in sporadicis particu-
lares , ita in epidemicis vniuersales eas agnoscit .
Ratio hoc ipsum dicit . Nam si morbus speciatim
in omnes varijs symptomatis irruit , diuersa in
vnoquoque inferens accidentia , a particulati vnius
cuiusque causa originem ducere merito existimat
debet . Quod si ex aduerso eadem affectio vniuer-
sos homines eodem morbi characterismo corripiat ,
cum non possint omnes diuersae temperaturae æta-
tis , sexus aut generis a speciali causa æqualiter lædi ,
certum est communem aliquam vniuersalemque
causam inueniendam esse ; ex qua in unum cum
demque morbo incident . Noster ergo hic mor-
bus cum inter epidemicos fuerit iam a nobis haud
sue ratione collatoatus , ab vniuersalibus eius causa
est perquirenda .

Vane fata ; quæ similes parere assuetas sūt ægri-
tudines , ad duos ex hisdem Hippocrate , & Galeno
in epidemicis reducantur . Aer , ac victus ratio hæc
sunt . Aeris cuncti propter respiracionem , victus
ratione propter suum instrumentum viuimus . Sine aliis
mentis

*Morbis vel
sporades , vel
epidemicis .*

*Sporadicis
morbi qua-
nam sit cau-
sa .*

*Epidemicis
causa .*

*Due vniuer-
salis causa ,
aer , & vic-
tus ratio .
Aeris , & vi-
ctus
ratio .*

6 DE FEBRE

mentis diu perdurare nequimus, siue aere ne minimo quidem temporis interuallo. Hinc praus cibus, vel inquinatus aer communiter omnes apprehendit; & communiquadam ægritudine affigit. Istorum igitur quisnam erit epidemicæ huius constitutionis constituenda origo? Victus ratio minime, tum quia nulla obseruata adhuc fuit in alimentis, potionibusque insignis ad malum mutatio, tum quia nobiliores, ac magnates, qui exquisitoris, selectiorique victus qualitate, ac forma vni sunt, epidemiam hanc evitare potuissent. Huic tamen contrarium potius evenit; cum in ditiones sauijisse magis hunc morbum animaduersum fuerit. Aer itaque potior hic causa tribuendus venit.

At quomodo, quibus dispositionibus, & qua ener-
gia id effecerit aer, diligenti examine perscrutan-
dum. Inter duo illa extrema, quæ vniuersam hac
vniuersi totius amplissimam molem compleat, cæ-
lum inquam, ac terra, vacuum in amborum medio
creauit natura elementum, quod virtusque parti-
ceps ab unoquoque ipsorum bona ad inuicem su-
scipit, ac mala. Hoc medium aer est. Ex inferiori-
bus enim terræ visceribus exhalationes, vaporesq;
omnes in aere terminantur. Ex cæli, syderumque
configuratiobibus maleficæ, benignæq; impressio-
nes, atque influxus in aere etiæ recipiuntur, ac de-
sinunt. Nec aliundè solum, sed ex se ipso agitatio-
nes persæpè patitur aer.

Aer ex se
propter anni varieta-
tes.
Quippè si naturalem statum annis tempora mini-
mè sortiantur, sed varijs, nec libi ipsis conuenien-
tibus mutationibus obnoxia sint, alteratur illicet
aer, atque ad eam magis declinat intemperiem, ad
quam magis constitutio vergit. Aer igitur vel ex-
cæ.

*Victus cur
non sit cau-
sa nostra e-
pidemias.*

*Aer et me-
dium susci-
piens tum
supernas, tu-
internas im-
pressions.*

*Pati potest
aer ex se*
propter anni
varieta-
tes.

calorum planetarumque influxibus, vel ex terræ
halitibus, vel ex anni temporum tempestatibus,
alienas, ac præter naturales qualitates suscipere fa-
cile potest. Sunt autem istæ qualitates, vel mani-
festæ, vel occultæ. Alteratur enim aliquando aer,
aliquando corrumpitur. Alteratur, cùm simpli-
citer anni constitutio, aut calida nimis, aut nimis
seca, frigida, vel humida fuerit, aut simul calida, &
humida, seu altera ex compositis qualitatibus, sine
vila totius substantiæ infectione. Corrumptur, &
prauam, atque abditam retinet qualitatem, quo-
ties vel terræ elati vapores putridi tam insigni pu-
tredine aërem inficiunt, vt indè occulta prauitas
insurgat; vel anni temperies ita penitus sit omni
temperie spoliata, vt totum aërem venenosos spiri-
tu persimilem reddat; vel ex superioribus orbibus
tam venefica astrorum vis in aërem immittatur, vt
illum cæca quadam, malignaq; qualitate corrum-
pat. Hæc omnia ne gratis, ac proprio Marte con-
ficta esse videantur ab antiquissimis rei medicæ præ-
ceptorum monumentis eruta demonstrabo.

Primus omnium tribunal veritatis Hippocrates per totam tertiam Aphorismorum sectionem hæc doctrinam amplificat. In primo aphorismo vniuer- saliter afferit mutationes temporum morbos pare- re. In quarto autumnalem in eodem die constitu- tionem autunnales affectus progignere decernit. In quinto morbos omnes enumerat, quietæ austra- li, & aquilonia constitutione producuntur. In sepa- timo siccitates anni febres acutas generare pronu- ciat. In undecimo si post siccioriem hyemem, ver pluviostum, & austriatum succedat, acutarum februm simul cum alijs ægritudinibus cepiam euenire scri- bit

*Quomodo al-
teretur aer
per manife-
stas, & per
occultasqua-
ntitates.*

*Alteratio-
nes ab anni
tempestate
ex Hippo-
crate.*

bit. In duodecima quid hveins austriaca, & admodum pluvia ver siccum, & aquilonium præcedens portendat, edocet. In decimaventio de morbis ad æstatem sicciam, & aquiloniam, autem verò admodum pluvium, & austrinum subsequentibus, loquitur. Verum de Hippocrate satis. Eadem a Galeno in horum apriorismorum commentarijs confirmantur. Doctissimus Archiater felix Platea rustract. 2. suæ præxeos de febrium causis hoc ipsu roboret. Eamdem protulit sententiam clarissimus noster Philosophus, ac Medicus Erasmus Salatus Drepanensis (qui & Neapolia adolescentis adhuc, & Drepani cum in florenti ætate vigeret, & Panormi denique, ubi senex diem obiit suum, præxiom medicam maxima tum sapientum admiratione, tum agrotantium acclamatione exerceuit) in commentarijs libri primi de differentijs febrium Galenicò-mentario textus vigesimi septimi capituli quarti.

Ex Galeno.

Ex Platero.

*Ex Erasmo
Salato.*

*Laus Eras-
mi Salati.*

*Opus sub no-
mine Simo-
nis a Campi
Neapolitani
falso editu
est Erasmi
Salati.*

Quod opus mira profectore rerum nouitate vobisque referunt; ab eo omnibus numeris, ut typis mitte- retur, quod superueniens Mors postea vetuit, ab solutum; & a me Auctoris familiissimo saepius Deo O. M. teste visum, ac perlectum, anno tan- dem 1642. nescio qua inuercunda, insolentique audacia Neapolii in lucem prodijt sub Simonis a Campi Neapolitani nomine. Hoc ego publicæ cognitioni ostensem volo, tum ut debita vni gloria, alteri, cui neutiquam conuenit, minimè tribuatur, tum ut ingenij partus statim ac perfecti sunt, dum adhuc viuunt Auctores typographis committen- dos vnicuique suadeam, ne posteritatis incuria, aut iniuria temporum, deperditi, pios genitores, ne dicam impios fures iuueniant, quos alienas elucu- brationes

brationes pro suis iactare non pudet: Verum re-deat, unde digressa fuit nostra oratio.

Quod superius comprobatum habemus, id profectò præter auctoritates ratio perluadet. Nam quoties anni tempora proprium, ac naturalem ordinem haud seruant, corpora, quæ ijs subiiciuntur, ad morbosas affectiones disponunt. Sic æstate membrorum omnium porositates ex ambienti calore apertæ, ac ferè dixerim anhelantes, ad aërem frigidorem suscipiendum promptæ inueniuntur; quod si postea nimia frigiditas, vel humiditas contingat, statim clauduntur, nativi caloris prohibetur transpiratio, putredini maxima porrigitur occasio, & multa denique insurgunt mala. Ex aduerso poros byeme clausos, ac constipatos si nimia caliditas aperiat, relaxet, quot iode morbi insurgunt? Ex aere igitur propter varias anni constitutions varij morbi generantur. Sed præcipue epidemicæ febres ortum ducunt, vel vbi aer per se ex nimia putredine corruptitur. Ait enim Galenus lib. 1. de dist. febr. cap. 4. Pestilentes morbos oriri necesse est cum aeris temperatura a naturali habitu ad caliditatem, & humiditatem fuerit conuersa. Huius insigni exemplum habetur apud Hipp. 3. epidemiorum. Ex terra Velvbi ex terra corruptiones, & præuale qualitates corruptus, aeri communicantur, ut passim enarrant tum me. dicorum libri, tum aliorum scriptorum historiæ.

Vel tandem vbi cælitus malefica vis in aërem irruit; velut ihabetur ex doctissimo deperditæ iam seculis medicinæ instauratore Ioanne Baptista Montano, qui parte secunda vniuersæ medicinæ capite quot modis, & quibus de causis aer in sua substantia viatiari, & corrupti possit, manifestò ait inter alijs

Ratio eur
anni intelli-
peries mor-
bos pariant.

Aer p. se pa-
tridus causa
epidemie.

*Quanam
constellatio
ex Monta-
no epidemiam
generet.*

*Idem con-
firmatur ex
Sennerto, et
Salio.*

*Aer Panor-
mi quomo-
do facit can-
sa epidemias.*

*Constitutio
temporum
apud nos.*

causas potiores esse iofluxus cælestes. Neque hoc solum generatim affirmat, sed quosdam particulares iofluxus assignat ex Astronomorum sententia, ex quibus venenum in aere concipitur, hi autem sunt louis, & Martis coniunctiones. Quod etiam ex Daniele Sennerto cum in lib. 4. de febrib. cap. 9. tum præcipue lib. 6. practicæ medicinæ par. 2. cap. 4. de causis morborum occultis colligitur. Idem fuscè explicat Petrus Salius diuersus lib. de febre pestilentia cap. 11. de differ. febr. pestil. à causis. Plures alios Auctores non enumpo, ne videario re tam clara sermonem nimis in longum protraxisse.

Hæc itaque generatim de aere, ut causa vaider-saliomnium morborum, & præsertim epidemiorū, dicta ad epidemiam nostram perstringamus. Aer Panormitanus morbi ad præsens urgentis potissima causa, non ex vaporibus exhalationibusque putridis, vel ex putredine aliunde suscepta, aut ex seipso genita per manifestas qualitates coquinatus est, vt ratione, & experimento obseruatum habemus; sed ab oeculto principio tum ex præterita inæqualium temporum constitutione, tum ex peruersa malignarum syderum influentia.

Temporum constitutio hæc fuit. Ex mense Septembris anni 1645. usque ad alterum mensem Septembris 1646. vniuersa anni temperies hyemalis, atque admodum pluvia fuit, largis, continuisque imbribus perseverans. Huic postea succedentes Autumus, hyems, ac ver calidissimi, & siccissimi sequuti sunt, ita vt nullæ nisi rarissimæ pluviæ euenierint, austri vero sèpè sèpius spirariunt. Hoc aer ad nimiam siccitatem vergens promptior, atque aptior evasit tum ad suscipendas consimiles siccas astro-

EPIDEMICA

11

astrorum constellationes, tum ad producebodus-
ia corporibus nostris magis ad intemperiem hanc
fusciplendam paratis, venenum in siccitate positum.
Nec mirum. Habemus enim ex Hippocrate in
epidemijs venenum quoddam in aere siccissimo ita
septicum genitum fuisse eius temporibus, ut manè
agrotantes cum dies eis illuxisset, brachionum ar-
ticulationes tāquam ex ferro cæsas in cubiculi fu-
do ex aijorum membrorum compagine diuisas cer-
nerent. Constellationes autē præteatris anni 1647.
duæ fuerunt; Prima luna ex eclipsis, quæ vigesimo
die mensis Ianuarij, cum fuerit sub signo Leonis lo-
ui, & Marti coniuncta ex horis quatuor, & minu-
tis trigesita noctis sequentis usque ad horas quin-
que, & minuta quadraginta tenebras passa est. Tri-
bus autem horis post lugarem eclipsim, Iouis etiam
eclipsis obseruata ab Astrologis scrutatoribus
fuit. Secunda tribuitur Iouis, & Martis coniun-
ctio, qui in domo Lunæ eius detimento omnem
Iouis humiditatem absorbet, exiccat, admet.

Hioc in sanguinea massa adustio originem ha-
buit, ex Marte Iouem comburente, quæ præcipue
in nobiliorum corporibus vim habuit, ut potè sub
Iouis dominio, & in virili sexu potius, quam in mu-
liebri; calidiores enim illi, & sicciores ad similem
intemperiem fusciplendam magis apti inueniun-
tur.

Quod autē gælistatus epidemicos morbos pro-
ducere valens sit, & obseruatur a nobis est, & affie-
mant omnes Astrologi, & futurum eorum eventum
multo antea quam eveniret, prædicti mihi (cum
sæpius de rebus Astrologicis sermonem mecum ha-
beret) Clarissimus Iarisaconsultus Alphonsus Zop-
petellanus.

Venenum
ex aere si-
cissimo quos
produxit ef-
fectus tem-
pore Hippo-
cratis.

Quot, et que
fuerunt co-
stellationes
epidemiam
nostram pro-
ducentes.

Curvenum
in sanguinea
massa ex co-
stellationib'
productum.

petta Regiæ Curiæ Prætorianæ fisci Patronus, doctissimus quidem, omnique virtutum genere præditus vir, sed præcipue Astrologie, & spagyricæ facultatis celeberrimus professor, cuius autum portabile miro artificio ab ipso fabrefactum non modò ad omnes ægitudines vniuersale præsidium experitur, sed præsertim anno 1625. & sequentibus, quo tempore pestilentis contagium per somitæ in vniuersas Siciliæ Urbes græssabatur, mirabiles effectus pro contagionis curatione prædictis.

Hinc publico Illustr. Panormitanæ Senatus decreto, habito prius communis seniorum medicorum consilio tam pretiosus sanitatis thesaurus pro vniuersali ægrotantium emolumento concessus fuit diequarto mēsis Ianuarij anno 1625. ut in eiusdem Prætorianæ Curiæ actis videre est.

Ex aere itaque rūm propter syderum maleficas configurationes, tum propter anni contraria, ac pestilentem constitutionem occulta venenosaque qualitas in siccitatetam, & caliditatem posita, in massam sanguinem transiit, eam totam adibilem, præternaturalem, atque in aera conuersam disponens. Hinc a ventre cause trunco, strabiliari sanguine, qui prava infectus est, qualitate repleto (principium, & basis, in qua minora epidemialis febris, qua in præsentia affligimur, fundatur) inter narum viscerum inflammations producuntur; & ad venam coronariam, præcordia ambientem, cù atro illo sanguine transmissa prauitas syncopes, & angustias cordis in ægrotantibus generat, per quem superiora inde irruens, & ad fauces elata, tonsillarum phlogosæ imprimet, & superiora deinde microcosmici theatri petens, cerebri velamina adurit,

*Auri potabilis Alpæ
si Zoppetta
vires in
morbis.*

*Sanguis a-
trabiliaris in
vena caua
subiectum
epidemica
prauitatis.*

& phrenetica gignit deliria. Fundari autem venenosum huic sanguinem, pestilentis febris causam, in amplioribus venæ cause ramis ratio in primis sua det, auctoritas deinde comprobatur, experientia demum demonstrat. Ratio hæc est. Liquidò patet *Probatur;*
 ex symptomatibus in harum febrium principijs ap- ratione.
 parentibus, atrabilarem sanguinem prædominari;
 hic autem in hepate ortus, cum cordi, faucibus, ce-
 rebroque communicetur per grandiores venæ ca-
 uæ progressus progrederi necesse est. Rationi adfti- Secundo fe-
 pulatur felicis Platerianæ auctoritas, qui loco iam su- licis Plateri
 præ citato ita disertissimis verbis (quorum omniū auctoritate.
 seriem hic non piget adscribere) scriptum reliquit.
Putredo, ait ipse, non simplex, sed cui perniciosa accessit
 qualitas, iam non putredine sola, ut in reliquis putridis
 febribus explicatum fuit, cor accondens, sed maligna ut
 cuius particeps simul est, corsurgans, febres malignas,
 & contagiosas nondum tamen pestilentes, parit: infan-
 tibus cum etibymata, & exanthemata erumpere solent
 consuetas, & populares, rarius adulcis accidentes. Dein-
 de & in adultis postas communis epidemias et gignit,
 quo peste minimè graffante, nulis apparentibus vera pe-
 silentia in bubone præsertim, vel ante bracem indicij, nibi-
 luminis in plurimos sauiunt, multosque interdum sine
 gravioribus symptomatis, alias verò capitis dolore, &
 delirio præcipue apparentibus, unde hæc febres denominati-
 ri quoque solent, ingulant. In quibus, in quo loco, & quo
 modo putredo facta malignitatem eam possit concipere,
 & que illius sit causa, exponendum. Locum autem in
 quo putredo hac maligna gignitur, eundem, in quo simili-
 cem putredinem fieri diximus, esse portet: & in vasis vel
 venæ cause, vel mesentericis, vel extra bac quoque consiste-
 re: atque in ipsis ostensum fuit, quoque humoribus, vel

corporibus. In vasis enim maioribus vena cana sanguis puerescens, si præter simplicem putredinem, venenatam quoque vim adipiscatur, & per vasa quoque cordi copulata, ut in putridis febribus dictum est, cor afficiat, illudque non solum calore putri, sed & maligno exagitet, febres continuas, easque duplificem ob noxiam perniciosem, excitat. In quibus si portionem illius sanguinis maligni, natura in cutis poros, membranaeque aliquas excutiat, maculas vel pustulas enarratas profert: si vero minimè, nibil eiusmodi tunc erumpit: nisi forte iam prostrata natura, macula aliqua venenat latentis indices se manifestent, mortemque presagiant. Hæc Platerus.

3. Experi-
mento ana-
tomico.

*Marcii An-
tonyi Alay-
mi laus.*

Neque oculatum experimentum rationi, & au-
toritati defecisse existimetur. Munus enim me-
dendi ægrotantes, qui ad magnum hospitium ex-
vnuersa Sicilæ Insula perueniunt, in duos æqua-
lionere bipartitum est phisicos, quorum alter Mar-
cus Antonius Alaymus Philosophus, ac Medicus
doctissimus, expertissimusq; in praxi exercenda,
nec satis vñquam dignis præconijs celebratus vir;
alter ergo. Cum primum quamplures ægros hæc
epidemica febre affectos vterque nostrum obser-
uavit, statim varia cadauera, quæ pestilentio morbo
laborarunt, communiconsevū anatomica se & o-
ne aperire decreuimus. Non pauca tum virorum,
tum mulierum ante nostros oculos ab expertis Chi-
rurgis, adstantibus etiam non nullis alijs eruditissi-
mis medicinæ professoribus, dissecata fuere corpo-
ra. Hæc visa. Vasa omnia venæ cauæ sanguine ita
nigro, adusto, atrabilari turgida, ac repleta, vt fusi
atramenti similitudinem præferret. Idem sa-
guis tum in corde tum in faucibus repertus fuit. Pul-
mones, atque hepar tuine facti, inflammati. Ven-
triculus

*Quid obser-
vatum in
corporibus
dissecatis epi-
demico mor-
bo defunctis*

triculus bile turgidus. Nulla in venis miseraicis,
nulla in intestinis læsio. Eadem hæc vniiformiter
in singulis obseruata fuere.

Fragmenta igitur ex dictis, ne dispersa pereant,
colligamus. Duplex est huius morbi causa. Vni-
uersalis, & particularis. Vniuersalis etiam duplex;
coelestis, & elementaris. Coelestis, lunaris Eclyps-
sis, & Iouis, Martisque coniunctio. Elementaris
aer ad nimiam siccitatem, caloremq; vergens. Par-
ticularis denique sanguinis atrabilis prædomini-
num, in quo venenosa, & corrupta qualitas vigeret.
De causis hæc satis.

Causa no-
stra epidem-
iae duplex.

CAPUT TERTIUM.

Præseruatio prescribitur.

SApientissimi Ducis prudentia est præsen-
taneum bellum minimè expectare, sed an-
tequam adueniat, quomodo præcau-
dum sit, præuidere. Munus pariter oculatissimi erit
Medicorum borum causas cognoscere, ut eas pro-
hibeat, earumdemque effectus eludat. Breuiter igi-
tur, perspicue tamen, qua ratione a præsenti epi-
demicō affectu præseruari possimus, excogitandū
est.

Vniuersa præcepta, quæ ad sanitatis custodiā
necessaria censemur, libentianimo omittam, cum
quia hæc sub vniuersali methodo posita, nimium
a proprijs, peculiaribusque auxilijs distant, cum
qua de ipsis in nostro opere quam primum Dei O.
M. gratia in lucem edendo de vniuersali, & specia-
li vniuersali; sanitatis conseruatione nouo quo-

Medicimur
nus est pre-
seruare.

Opus de sa-
nitate tuer-
da ab Aucto-
re edendum
dam

Quatuor modi a morbo preservandis. Nam scribendi stylo latissime differuntur. Ad institutum itaque nostrum redeentes tota præseruanda ratio ab aliquo morbo in quatuor præservit constituitur. Velle in fugimus primariam, ac præcipuam causam, a qua produci debet effectus. Vel secundum tamdem, ne agat, impeditus. Vel postea immediatam, & secundariam causam ab illa prima introductam, ne amplius augatur, imminuimus. Vell donecque eamdem, ne agiteretur, quieti permittimus.

Primi duo cur non possunt haberi in epidemia nostra. Prima duo præseruationum generant in epidemico hoc morbo minimè obtineri queunt. Quis enim sub eodem cælo persistens, a quo maleficæ configurationes in hæc inferibra labuntur, prauas inde fluentes qualitates editare vñquam poterit? Quis uè Lunam, eclypsim patientem, Martem vero, lumen adurentem, ne corpora etiam nostra inficiant, impedire valebit?

Reliqui duo modi observandi. Reliqua verò duo non difficilè erit consequi. Nō irritare, nec augere causam proximam huius epidemicæ luis, sanguinem nempè atrabilarem, in quo venefica mortbi vis fundatur. Præseruativa ergo metodus erit, ab ijs, quæ tum prædictum sanguinem irritare, tum eius copiam, & molem augere valent, abstineere. Irritatur melancolicus sanguis a vita statu sub cælo nimis calido, & sicco, sub Sole nimis æstuante, apud ignem nimis adurentem. Ab immoderato motu, vel exercitatione corporis. A superfluis vigilij, studiis, contemplationibus. Ab animi passionibus, præcipue ab ira, tristitia, amore, atque odio. Ab assiduo tandem, longoque vsu mecamentorum, quæ calidam, & sicciam sortiuntur temperaturam. Inter quæ perniciofissimum abusum

Tabacci abusus reprehenditur.

sum herba Nicotianæ, vulgo tabacco appellata re-
ticere nec debo, nec valeo. Huius enim puluis
modò simplex, modò odoriferis commixtus con-
tinuò ante cibum, post cibum, ante somnum, post
somnum, mane, vespere, in quiete, in motu, sub
quolibet temporis momento, lasciuo quodam pru-
ritu naribus immisso, ita spiritus incendit, mētem Tabacci de-
trimenta.
perturbat, sanguinem inflammat, humores omnes
turgentes reddit, sensus exagitat, ut nū mirum, si
inassuetos illicè inebriare, ebrios vero ab ebrietate
liberare vim habeat. Verum hæc pertransennam
dicta sint: alibi enim fulmina aduersus hanc hydrā
humano generi toto genere præter naturam, ac
noxiam eiaci labimus.

Augetur bilis atra ab alimentis impensè calidis,
& siccis, & quæ à proprietate flauam, nigramque
bilem cumulare nata sunt; omnia, nempè, biliosa,
& melancolica. Vina nigra, & nimium generosa,
allia, cæpæ, aromaticæ, salsa, acria, leguminæ, & re-
liqua, quæ passim tum in libris de simplicium me-
dicam facultat: & de cibis boni, & mali succi a Ga-
leno conscriptis inueniuntur; tum apud alios, qui
de tuenda valetudine, & latino, & hetrusco sermo-
ne posteritatis commentaria reliquerunt. Minuitur
verò huius morbi causa si per debita temporum in-
terualla hirudines venis ani apponantur, vt inde
sanguis melancolicus sine virium noxa extrahatur.
Multæ etiam possent exhiberi præsidia, & genera-
fa antidota tum ab antiquioribus, tum a recentio-
ribus composita, quæ atræ bilis malitiam corrigere
valeant. Vnum tamen a nobis proponitur ratione
inuentum, experimento comprobatum, & longo
vsi celeberrimum, quod non solum pro preservua-
A quibus au-
geatùr atra
bilis.
Minuentia
atrabilem.

Syrup' ma-
gisterialis ab
Auctore ex
pertus tū ad
præfruan-
dū, tū ad cu-
rādū in epi-
demicas febr.

18 D E F E B R E
tione, sed pro curatione etiam usurpari poterit.
Huius descriptio talis est.

Rx Succorum acetosæ
borraginis
pimpinellæ
limonum
rute caprarie
scordij analibram vnam
succorum radicum pentaphilonis
buglossæ
scorsoneræ ana libræ
vnam

Herbæ prius terantur, & digerantur per tri-
duum vase vitro in balneo, postea fortiter
exprimantur, bene clarifcentur, & cum sac-
caro albissimo q.s.f. sy. s.a.

Deinde pro qualibet libra syrapi addantur
perlarum solutarum cum aqua auri potabilis
Vgouis a Philippo VI studio descripta scropu-
los quatuor, spiritus vitrioli rectificati quan-
tum non accedat ad aciditatem in præserua-
tione, usque ad aciditatem in curatione.

Dosis vno. vnam, & semis
ter in hebdomada.

De præseruatione pauca hæc sufficiat, cum mor-
bus hic tam de repente irruat, ut curatione potius
indigeat. Ad eam itaque properemus.

CA.

CAPVT QVARTVM.

Curationis methodus exponitur.

SALVTARES vniuersæ medicinæ fontes, ex quibus medicæ medicamentorum omnium aquæ hauriuntur, ex communi Hippocratis, Galeni, & reliquorum medicorum consensu tres sunt. Diæta, pharmacia, chirurgia. Diæta omnia, quæ ad victus rationem pertinere videntur, complectitur. Pharmacia, quæcumque sunt simplicia, vel composita medicamenta, tum alterantia, tum euacuantia, tum alterius etiam generis, respicit. Chirurgia denique cuncta in se retinet, quæ ad manuale opus reducuntur. Hæc sunt venæ lectio, cucurbitulæ cum & sine scarificatione, hirudines, suppositoria, ænemata, catuli, pulli columbini, & columbi veteres, dum adhuc viuunt dissecti, oxbirodina, vessicantia, & similia. Nos singularia ex his, quæ observatione digna pro huius morbi curatione censemus, gradatim capite hoc ultimo enumerabimus, & sine villa, pro varijs sententijs, quæstuum exagitatione, sed iuxta praxim, quæ feliciter usque adhuc usum sumus. Controversias vetò, quæ in hac materia, propter aliorum medicorum placita circumagi soleant, diu sim postea, & longiori oratione, tanquam pro operis coronide examinabimus, ex primario medicinæ instrumento, diætetico tempore fonte, sumpto principio.

Quæst. & quæ nam sunt medicina instrumenta.

Quantum igitur ad victus rationem pertinet, *Victus ratione sit crassus*, nos instituimus crassam potius, quam tenuem; *sa, & quo-* crassam autem intelligimus non quoad ciborum modo.

copiā, ac soliditatem, sed quoad alimentorū substantiā, quatenus ægrotantiū reparandæ substatiæ præponderat, licet in forma exhibeat tenui, ut sunt iura, contusa, & quæ vulgo consumpta appellantur; cum hoc tamen discrimine, quod vbi vires sunt validæ, multum cibamus, vbi verò languidæ, parum, & sœpè.

At quia contraria alimentandi ratio, nimia videlicet vixtus tenuitas a nonnullis nostrorum medicorum sestända videtur, & ab hac mea sententia, tanquam a veritatis scopo aberrante aberrant, vtriusque opinionis rationes in prima controversia exponendas aliorum præstantoribus ingenij srelinquo.

Pharmacū in principio improbatur. Sequitur deinde pharmacia. Huius primaria basis est medicamentum purgans, quod licet a nonnullis in hac præsertim epidemicæ febrium constitutione summopere celebretur, idque nulla expetata concoctione, statim in principio, tanquam in materia turgente, a nobis tamen nullo pacto probari potest, cum eo nunquam nisi improspero successu, in febribus malignis, & in his præcipue, quæ ad præsens vagantur, vsus sim; sed quibus mouear rationibus, & quonam scuto aduersariorum facula eujtem in secunda controversia cuilibet libeat manifestum erit. Hic etiam pertinet nonnulla pharmaca maleficam vim reprimenda, ut sunt alexipharmacæ.

Laudantur alexipharmacæ.

Cymica. Sed peculiariter quadam vi chymica medicamenta operantia aspernere minime licet; inter quæ

quæ iulep gemmatū, quintæ essentiaæ margaritarū; hyacintorum, coralliorum, & consimilia spagiri-
ca magisteria enumerari solent, præcipue tamen
spiritus vitrioli; de quibus, cum nonnulli ex medi-
castris parum recte sentiant, in controversijs disse-
ram. Redeamus ad institutum.

Postrémus, qui remanet fons, est chirurgia. Hæc
multa complectitur, & primo sanguinis missione,
pro qua varij varia dixerunt de quantitate præci-
puè, loco, ac modo, quò extrahi debet; an scilicet *Sanguinis*
missionis
quætitas, lo-
cus, & mo-
dus.

vena secta ex brachijs, an ex pedibus; an per hiru-
dines hemorrhidalibus venis applicatas; an per cu-
curbitulas vel in supernis, vel in inferioribus par-
tibus incisas; an larga denique, & iterata conueniat
sanguinis missio, an pauca. Quæ omnia clarius in
controversijs enodabimus. Hic tamen, pro nostra
sententia explananda, asserimus in omnibus febri-
bus malignis, & in his speciatim hæc tria debere ob-
seruari, nempè quantitas, locus & modus sanguini-
nem extrahendi. Quantitas euacuandi sanguinis *Quantitas*
pauca sit.

pauca ut plurimum debet esse (quidquid dicant sa-
guinarij aliquot medici sanguinem vsque ad ani-
mæ effusionem effundi iubentes) habitu tamen re-
spectu ad maiorem, & minorem plethoricum cor-
poris habitum. Locus, si vires non sint admodum *Locus, vel*
prostrata; eligatur potius pes, quam brachium; *pedes, vel*
hemorrhoi-
dales vene.

quod si vene sectionem vires minimè ferant, ex ha-
emorrhidalibus venis sanguis extrahatur. Modus *Modus, per*
tandem, si affectio vrgeat, sit per cucurbitulas sca-
rificatas modò in lumbis, modò in natibus, modò *cucurbitul-*
in cruribus, iuxta in diuiduorum indigentiam, pru-
dentis medici iudicio, quod licet admodum profe-
ctò difficile sit; in eius tamen difficultate ab. Hippo-
crucifixis, & in infernis,
partibus.

pocrate



pocrate in primo primæ sectionis aphorismo exposita, tota medendi ratio consistit.

*Quenam
sint alia chir-
urgica præ-
fida.*

Ponuntur etiam nonnulla alia inter chirurgica præsidia, quorum usus, magis minusue in usu erit pro multiplici symptomatum varietate, quæ epidemicam hanc febrem comitari solent, exhumoru raptu modo ad cor, modò ad cerebrum, ut anxieties, inquietudines, vigilæ, dolores capitis intenissimi, paraphrenitides, deliria, ad somnum propensiones, & similia; quæ vel in fieri sunt, vel iam facta. Quæcumque horum vel instant, vel in principijs adhuc sunt, aut reuelentibus, aut repellentibus mederi solent: confirmata vero attrahentibus, & a viciniori parte euacuantibus indigent.

*Reuelentia
quot, et qua-
nam sint.*

Reuelentia præsidia, quæ ad vitalem, vel animalem partem humores, vapores uè aliunde fluentes, per contrarias, ac distantissimas regiones diuertere apta sunt, in triplici ponuntur differentia; vel enim leuem habent reuelendi potentiam, vel moderatam, vel validam. Leuiora sunt frictiones, ligaturæ, cucurbitulæ, suppositoria, ænemata, & huius generis similia. Mediocria sunt cucurbitulæ scarificatæ, veteres columbi viuentes pedibus appositi, & si quæ sunt eiusdem virtutis. Potentiora, quæ omnium ferè reuelentium, vires æquè substituere valent, sacra anchora prauitatis, vesicantia sunt, ut pote non solum reuelendi vi prædita, sed simuletiam vacuandi, necnō venenositatem quilibet exterminandi. Nonnulli reuelentium loco repellentibus utuntur, oxirrhodino, præcipue coronalis futuræ imposito, vella lactucæ succo, aut alio liquore ex niue refrigerato, vel testudinibus exanterratis. Hæc omnia ita mihi à veritate aliena videntur,

*Repellentia
improbatur*

tur, vt horum medicamentorum improbare prorsus abusum audeam, nec vñquam vtendum ijs esse censem; de quibus in controuersijs.

Inter vacuantia denique, & attrahentia, vbi cōfirmata in capite fuerit affectio, præsertim in persone uerante delirio, celebriora sunt venæ sectio ex fronte, catulivientes exanterati, & super coronalem futuram sæpius appositi, vel in eorum defecitu pulli columbini, aut saltim inter tia viscera caprarum, eodem modo posita; vel applicatae hirudines venis narium, aut post aures, nec non cucurbitula sub occipitio, inter primam, & secundam vertebram, scarificata, quod remedium doctissimus Ludouicus Mercatus de symptomatibus febrium malignarum agens, celeberrimum, & expertum esse auxiliū prædicat. Hæc autem omnia ita sunt ratione excogitata, & apud Auctores decantata præsidia, vt de his controuersias instituere superfluum existimem. Nec rationi, & auctoritati deest experientia; cum in hoc magno Panormitano Xenodochio de vena frontis præcipue in delirantibus, & de cucurbitula prædicto loco scarificata rūm in phrenitide, tum etiam in soporosis, & lethargicis affectionibus mira fuerint a nobis obseruata. Hæc nostra in epidemicis hisce febribus curandis est methodus. Alij, si quæ meliora experti sunt, habent, ingenue scribant, vt veritatem, quam omnes sectantur, adipisci possimus. Nunc ad controvēsias transcursum.

*Vacuantia
qua laudentur.*

*Vene sectio
in fronte.*

Catuli.

Pulli columbini.

Viseera caprarum.

Hirudines aurib⁹, aut naribus.

Cucurbitula sub occipitio cariffrata.

*Experientia
de vena frōtis, & de cu-
curbitula
sub occipi-
tio.*

CONTROVERSIAE PRACTICÆ.

EX TRIBVS MEDICINÆ INSTRVMEN-
tis elicite, & primo de Diæta.

CONTROVERSIA VNICA.

D E

Victus ratione tenui, an crassus.

*Vniuersalis
simam me-
dicinæ in-
strumētum
est vicitus ra-
tio.*



ICTVS ratio, vniuersalissimum
medicinæ instrumentum, sine
quo nullus morbus curari potest,
cum sine pharmacis, & chirurgi-
ca ope destituti quamplures ex-
ægritudine ad sanitatem perueni-
re queant; qualis in hisce febribus
institui debeat, subtiliori scrutinio perscrutandū
est. Apud nonnullos teuuem, imo teouissimam
cibandi formam conuenire potius, quam crassam,
firma extat opinio. Auctoritates, ac rationes,
quibus ipsi fulciuntur, velego ab ipsis excogitari
posse existimo, hæ sunt.

*Prima opini-
o tenuem
victum de-
beri in febre
maligna, &
epidemica
presenti.*

*Probatur
primo aucto-
ritate Hip-
pocratis.*

*In 4 apho-
rismo 1. lib.*

Plura inueniuntur venerandi senis oracula in
prima aphorismorum sectione tenuitatem victus
in acutis, & peracuteis, ad quos febres istæ reducun-
tur, imperantia. In quarto aphorismo nimiam te-
nuitatem victus in longis morbis necnon in acu-
tis

tis non exactè, & ex decidentia reprobat; conce-
dit vero in exactè acutis his verbis. *Vetus tenuis,*
atque exquisitus in morbis quidem longis semper, in acu-
tis vero, in quibus non conuenit, periculosis. In sexto:
Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima
esse dixit; pro extremis morbis peracutos intelli-
gens, & pro extremis remedij tenuissimum victum
In septimo clarioribus verbis tenuissimum victum In septimo.
in peracutis imperat, tenuem verò in acutis, in-
quiens. *Vbi igitur morbus peracutus est, statim extre-*
mos habet labores, & extremè tenuissimo victu utendum
est: ubi vero non, sed plenior em victum contingit adhi-
bere, tantum cibi indulgendum est, quantum morbus ex-
stremis est mollior. In decimo idem repetit. Quibus In decimo?
igitur statim morbus consistit, ijs etiam statim tenuis
victus adhibendus est &c. Hactenus de auctoritatij,
bus, in quibus febres malignas, ut pote acutas te-
nuem victum expetere docuimus, nunc ad rationes
transeamus.

Cibandi ideam ex longitudine, & breuitate sta- Vnde summa
tus vniuersaljs morbis umendam esse dixit Hippo- tur cibandi
crates in prima aphorismorum sectione. Idcirco Idea.
tenuissimum victum peracutis morbis præscripsit,
quia statim perueniunt ad suum statum; tenuem
vero acutis, quia non tam breui tempore statum
pertingunt. Ecce septimum aphorismi. *Vbi igitur*
morbis peracutus est, statim extremos habet labores, &
extremè tenuissimo victu utendum &c. Ecce decimum,
Quibus igitur statim morbus consistit, ijs etiam statim
tenuis victus adhibendus est &c.

His iactis fundamentis, sit hæc primæ ratio. Pe Probatur 2.
stilentes, & maleficæ febres sub acutorum, & pera- rationibus.
cotorum classe reponuntur, statim ergo eorum sta Prima ratio

tus expectatur. At ubi certamen inter naturam , & morbum breui post tempore futurum est , tenuis victus statim a principio adhiberi debet , ne diuer-tatur propter cibi transmutationem naturæ motus; crassior enim cibus concoctionem impedit, na-tiuumque calorem a suis operibus distrabit; in sta-tu autem tenuissimus experitur, exoctauo aphorismo . Quando morbus in suo vigore confisterit tunc vi-etiū tenuissimo utendum est &c . Quia in statu vel su-perabitur , vel dominabitur natura , nec cibo-rum copia auertenda . ergo tenuis hisce febribus debetur victus . Vbi vrgent symptomata, quæ na-turæ oppressionem varijs cruciatibus affligunt, ab-stinendum à crassiori cibo , ne magis afflictionem augeamus . Quis in febribus malignis immania nō experitur symptomata , persæpè etiam in princi-pijs ? Attenuetur igitur victus ratio . Pleniori cibo vtentes, vel illum in corporis substantiam conuer-tunt, vel minimè . Si primum , humorum molem adaugent, vnde souetur morbus . Si secundum , cruditates multæ generantur , ex quibus plura in-commoda originari poscent . In tenui itemus ita-que victu . Quæcumque corpora hac epidemica, lue corripiuntur, impura esse vel ex præcedenti ap-paratu, velex præsentib humorum putredine cen-senda iure optimo sunt . Impura vero corpora nutrire, non solum iuuare haud est , sed lædere . Impura corpora quanto magis nutries, tanto magis læ-des . Idem Hipp. aph. q. scđt. 2. Cur non exploden-dus crassior cibus ? Postremò vel maligna febris quantitate potius, ac mole putredinis vrget, vel in-signi quadam venenosa qualitate omnia corrum-pit . Si primum, tenuis, imò tenuissimus victus re-qui-

Secunda ra-tio.

Tertia ratio

Quarta ra-tio.

Quinta ra-tio.

quiritur: nam si contraria contrarijs curari est in-
negabile. medicinæ principium, copia extenua-
tione, atque inedia corrigitur. *Morbi qui repletione
fiunt, inanitione curantur* est Vulgata Hippocratis
sententia; quā alibi etiā sic repetit. *Repletionem ina-
nitio curat.* Si secundum prauæ qualitatis proprium
est omnia in sui ipsius naturam conuertere. trans-
mutabitur ergo alimentum nō in deperditam cor-
poris substantiam, sed in venenatum humorem, va-
de morbi causa augebitur. Quot mala ex pleniori
victu confurgunt! Hæc pro aduersarijs amplifica-
ta recensuimus. Sed veritatis statera singula pon-
deremus.

Est Hippocratis, Galeni, omniumque ferè me. Secunda, &
dorum inuiolabile præceptum non solum ad vi. nostræ sen-
tentia.
etus rationem ritè in morbis instituendam, sed etiā ad cætera alia medicamenta, duo principaliter re-
quiri, morbi nempè ideam, & ægrotantis vires. Morbus, &
Morbus indicat, vires vel indicatum permitteunt, vires quid
vel negant. Imò tantum habent virium in permit-
tendo, vel prohibendo vires, ut quælibet sint præ-
cepta simpliciter prolata, a viribus tantum limi-
tentur. Pro hac confirmanda doctrina aphoristicū
omnem lapidem euoluere haud pīgeat. In secundo
primæ sectionis aphorismo. Si talia purgentur, qualia
purgari oportet, confert, & leviter ferunt; sī minus con-
tra &c. præcipit Hippocrates medicamentum pur
gans, exemplo sumpto à criticis naturæ operatio
nibus, debere id exhiberi, quod peccantes humo-
re sevacuet, vt indè sequatur morbis conferentia, &
ægrotantis tolerantia; vbi explicitè qualitatem ex-
cernendæ materiæ exponit, noxiū nēpè humo-
rem; implicitè tamen debitam quantitatem insi-

D . 2 nuat,

nuat, ne vires iædantur. Quod tamen præceptum statim limitat tertio sequenti aphorismo. *Habitus exercitatorum, qui ad summum bonitatis attingunt, periculis &c.* In quo purgationem pro peccante materia necessariam, prohibet fieri extremam, ex eo quod vires eam ferre non possent. Imo humorum repletionem, unde bonus corporis habitus, actionumque probitas prodeunt, ideo periculorum esse prædicat, quia vel vires opprimere, vel venas disrumpere valens est. Hinc tum ad summum progressas euacuationes, tum refactiones summas periculosas censet; illæ enim nimium dissipando, hæ verò nimium obruendo calorem, vires deperidunt, extenuant. In quarto aphorismo. *Vitis tenuis, atque exquisitus in morbis quidem longis semper &c.* vitrum tenuem, ac tenuissimum, quem summopere in septimo, & octavo aphorismo celebrat, in quarto, & quinto reprobat non ob aliam causam, nisi propter vires, vbi scilicet, extenuitate vicitus ægrotates animo linquunt. In undecimo aphorismo. In accessionibus abstinere opores &c. In uiolanter præcipit quod a cibo, in quibusunque accessionibus tum continuis, tum per circuitum inuidentibus, abstineamus a cibo. Eamdem doctrinæ Hippocrates idem repetit in decimonono aphorismo. *His, qui per circuitum &c.* Limitatur tamen vniuersalis hæ regula, vbi vires non solum actu sunt imbecilles, verum etiam conjectura rimari valet medicus non posse diu perdurare, ita ut in futurum, adueniente morbi statu non deficiant, licet in principio robustæ appareant. Hinc Hippocrates medicos aduertit ad hanc conjecturam assequendam ex novo aphorismo vbiait. *Coniectari autem oportet an-*

ager

*Quartus
aphorismus
limitatur in
quarto & 5.*

*Vndecimus
& decimus
nonus limi-
tantur in 9.*

ager eū talivictu ad morbi usq; vigorem perducere possit,
en prius deficit &c. Tandem in vigesimo tertio apho-
rismo. Quaenacuantur multitudine metienda non sunt
&c. Euacuationē vsque ad animi deliquium præci-
pit, sed eam statim limitat immediatis verbis, si vi-
res ferre non valeant. Sed quid plura in readeō per
spicua? Nunc quæfusa oratione dicta sunt, ad in-
stitutum nostrum perstringamus.

Certum est malignas febres, & hanc præcipue epidemicā sub acutis, & peracutis morbis conti-
neri, cum sub utroque termino finiantur, septima,
decimaquarta, vigesima prima die. Certum est etiā,
quod səpē insinuat in præcitatissimis aphorismis Hip-
pocrates, in acutis tenuē, in peracutis autem mor-
bis tenuissimum viētum requiri. At quid inde & so-
lum hoc dogma, interalia, perpetuō absolutē ve-
rum, non limitatum & Minime. Imò ab Hippocrate in 17.1. sc̄t. aphorismo. Et quibus sensib; aut his, &
quoibus plura, vel particuiatim oporteat offerre, confide-
randum &c. Et a Galeno eiusdem aphorismi com-
mētario hac limitatione distinguitur. Morborum
acuteis, aut cum humorum benignitate coniungi-
tur, aut cum ipsorum corruptela, prauitate, vene-
nositate. Si primum, integrum remanet præcep-
tum tenuioris cibationis, ex rationibus, & auctorita-
tibus superius amplificatis. Si secundum, omni-
nō cotruit. Ita enim Galenus in prædicto commē-
tario discurrevit. Humorum corruptio, & venefica
qualitas inedia magis acuitur, intenditur, efferratur:
rorida vero alimenti perfusione adtemperatur,
mansuet, quiescit. Simplex igitur morbi acuteis
tenuorem viētum, corruptelæ adiuncta crassiorem
exigit. Voracissimæ seræ horti illius celeberrimi

Vigesim' ter
tius in eodē
limitatur.

Epidemicā
febris est pe-
racutus, &
acutus mor-
bus, sed cū
corruptela
iniunctus.

Non exigit
viētum te-
nuem.

Probaturex
Hippocr. &
Gale. in 17;
aphorismo.

custodi, quam pane in gulam injecto sagacissimus miles elusit, prauitas hæc ab eodem Galeno ibidem assimilatur, adiectione indiger; secùs in propriam corporis substantiam cōnuertitur, humidumque omnium partium substantificum consumit, depeſcit, deuorat, maximè vbi omnia hoc tempore ad calidum, & siccum in corporibus vergant. Pro cuius veritatis cōfirmatione attendatur Galenus qui 3.epid.tom.3.t.58. in ea constitutione multos ex cibi fastidio ait, perijisse, solos fuisse superstites, qui sibi vim afferentes, oblatos cibos assumpserunt. Quod si natura ex Hippocratico oraculo, in libro de flatib. est morborum medicatrix. Si sine virium adminiculo nil potest inseruire natura. Si vires in quolibet morbo necessario pro sanitate acquirenda requiruntur; in cacoethe tamen magis quam in alijs affectibus; cum proprium, & inseparabile malignarum febrium sit, vires prostertere. Si tenuis victus hypothimiam producit, vires projectit, natum deſtruit. Cur in acutis cum prauitate humorum, tenuem victum præcipiemus contra Hippocratis, Galeni, omniumque re non nomine medicorum sententiam? Verum ad ea, quæ superius pro aduersariis obiecta proposuimus, responderemus nunc licet.

Diuuntur
auctoritates
aduersario-
rum ex Hipp.
& Galeno.

Diuuntur
rationes.
Respo. ad 1.

Ad secundā

Ad tertiam.

Auctoritates Aphorismorum Hippocratis iam ex ipso Hippocrate pro nobis explicauimus. Rationes ita eliminantur. Licet hæ febres statim expectent statum, attamen persistere usque ad illud tempus nequibunt, quia deuorator Draco prauitatis id non permittit. Ex tenui victu potius augeſcunt, quam mitescunt symptomata, quia magis propter eam, ut diximus, venenositas furit. Plenior victus

victus sub tenuitamen, ac liquida forma facile cibis coquitur, nec cruditates generat; in substantiam tamen conuersus, sanguineam massam potius adtemperat, vnde non fouet, sed destruit morbum. Impura corpora quo magis nutritur, magis laedunt, non recte intelligunt qui de acutè febribus corporibus intelligunt. Easint oportet cacochyma, prauis humoribus retorta, multisque in venis myleraicis obstructionibus obclusa, quæ prius purganda, deobstruendaque sunt, antequā ad pleniorē victum reduciuntur. Cibus non transit in corruptum humorem, sed in substantiam, corruptionem illam adtemperantem, aliter nunquam maligna febre corruptiarentur, quia victus quantum istenūissimus semper venenum augeret. Sic aduersarijs satisfactum putamus.

Hoc unum postremò addere placet. Cæli calida, & siccac constitutio, calidumque etiam, ac siccum temperamentum tenuitatem victus ferre minimè possunt, imò in principio accessionis cibare cogunt, vt est sèpè sèpius iteratum præceptum Galeni per totum decimum librū meth. med. vbiait. Porro quibus tempries corporis ad siccum calidumque conuersa, febrem ascendit, ysi interdum vel prima inuasione accessionis nutriendi sunt, nedum ante illam. Inferius autem replicat. Calidis itaque, & siccis naturis, siue a primo ortu sint tales, siue sint etiam acquisiti maxime inedia aduersatur, febrium paratissima causa. Inter alia autem calidus in summo, siccusque caloratus iam dictam temperaturam efficit. Et paulo post subdit. Corpora igitur calida, & siccæ ex inedia facile in febres ardentes incident, a quibus, nisi prius mors occupet, in hecicas transiunt, atque ab his in marascatum. Tandem ait.

Ad quarā

Ad quintā

Cōfirmatur nostra sententia ex anni, & cæli statu.

Ex Galeno
in meth. med.

Ali-

Aliquos vero ipsorum, & cum in una fura adhuc est (de accessione loquitur) & cum incipit, cibabis. Ut quæ nam autem huius reis sit ratio, assignet, dicit. Sunt porro hi siccum temperamentum, ac calido oportet cum viribus necessariis imbecillis: cum fieri nequeat, ut abunde secum, calidumque corpus, si febricitet, viribus si valentibus. Ex his sequential inferamus. Si temperatum calidum, & siccum in eadem ferre non potest. Si inedia est febrium proficiens causa. Si ex calido, siccoque cœli statu calida, & sicca temperamenta efficiuntur. Si calida, & sicca corpora, cum febricitant, vires perpetuæ habere imbecilles sunt extimanda. Quomodo igitur tenuem vietus rationem iusticemus vbi febres istæ epidemiales ortum duxere ex calido, & siccó cœli statu, tum propter anni consimilem intemperiem, tum proper maleficas Planetarum constellationes, ex quibus transmutantur corpora ad calida, & sicca, calidis, siccisque humoribus scatentia, ut proinde necessariò supponi debeant vires languide, desperitæ, tenuitatem vietus non ferentes; Explodantur itaque hi ab humano commercio humana carnium diætarij carni-fices,



CON.

CONTROVERSIÆ
DE PHARMACIA.

CONTROVERSIA PRIMA:

De Pharmacia an primis diebus exhibendo.

ST ita ferox, immanis, effrenis epidemica: rum febrium virulentia, ut maiorem numerum ex ijs, quos corripit, perdat; oculatam sœpè prudentissimi medici curationē eludendo: Hinc moti nonnulli vel tyrones, vel pseudo medici, vel medicæ artis nouatores hanc saeuissimam morbi calamitatē non ex morbi conditione prouenire existimantes, sed ex peruersa medendi methodo, antiquissimum celebriorū, seniorumque medicorum dogma, nullius exhibendi pharmaci in malignarum febrium principijs aspernunt; imò ad contrariam sectam inclinantes, etiam secunda die, vel ad summum quartam pharmacum miserrimis ægrotantibus propinar debere exclamant. Idque profectō propinan, sed quo felici euentu ipsi scūt, ægri norunt. Nos eorum auctoritates, ac rationes hic exponere, augere, magnificare non grauabimur: nostra deinde explanata sententia allatas obiectiones redarguere valebimus.

Auctoritates multæ ab aduersarijs pro pharma-
co primis diebus exhibendo colligi possent, sed po-
tiores, selectioresq; hoc loco transcribere satis sit. Hippocrates vigesimoquarto primæ sectionis a-
phorismo de acutis morbis sermonem instituēs sic

*Probatur 1.
auctoritate
Hippocratis
24 apbor.*

infest. In acutis passionibus raro, & in principijs medisamentis purgantibus uti, & hoc maxima cum præmeditatione faciendum. In qua oratione duo considerant; præcipi, nempè, ab Hippocrate medicamentum purgans in acutis morbis etiam in principio; & hoc raro, maximaque cum præmeditatione faciendum. Hanc autem raram, & præmeditatam purgationem ad violentam veterum pharmacorum naturam referunt; vtebantur enim prisci medicinæ professores calidissimis medicamentis, coloquintide, scammonio, turbith, elleboro, alijsque huius generis: ultra quæ si mitiora, quæ apud nostrates sunt, & benedicta appellantur, tunc temporis reperta fuissent, & sæpe, & sine magna præmeditatione pharmaca exhibuissent priores illi medici. Sed transeat hoc. Sufficit quod ablato his temporibus antiquorum impedimento, competunt in principio ex Hippocratis sententia medicamenta purgantia. Hæc igitur, cum levissima, refrigerandique vi prædicta apud nos extant pharmaca, statim

Probatur 2. primis morbi diebus tribuantur. Hippocratis autoritatem cum Galeni obseruatione connectunt, ne Galeni in qui lib. 5. meth. med. c. 12. de quadam peste verba metb. med. faciens, eos refert sanatos fuisse, quibus subito purgatum fuit corpus. Ceterum, ait, ÿ in peste facile sanari sunt, propterea quod præexcitatum ÿ s' prepurgatum que corpus totum fuerit; quippe quod evacuerint ex ÿ nonnulli, & omnibus venter profluxerit: siue cum illis evacuatis essent, que evascerant, ÿs putula, quae exanthemata vocant, nigra toto corpore conseruum multa apparerunt, ulcerose quidem plurimi, omnibus certè ficas. Galeno tertium medicinæ principem Auicennam accumulant. Is de pestilentis febris curatio-

ne orationem efficiens ita scriptum reliquit lib. 4.
fen. 1. tract. 4. c. 4. *Summa curationis huius febris est
exsiccatio, & illa fiat cum purgatione, à qua incipere
debemus.* Hæc de auctoritatibus. Cætera, si quæ sūt
vel prædictorum, vel aliorum testimonia, ne in-
longum nimirum protrahatur sermo, libenter omis-
so; et tamen omnia ipsis aduersarijs, tanquam hic
agglomerata essent, admitto. Ad rationes.

Probatus
etiam ratio-
nibus.

1. Ratio:

*Efectus a permanente adhuc causa impressi re-
moueri non posse, nisi prius ea remoueatur. Est
vniuersale philosophorum axioma. Extrahendus
ergo a corpore partescens, & prava qualitate infe-
ctus humor, immediata causa pestilentialis febris,
& hoc statim in principio, ne reliquos corrumpat
inde humores, vade incurabilis reddatur curatio.
Nec obstat voxjam materiam supponi a principio
crudam, minime concoctam, ac proinde expul-
sionis ineptam. Notum enim est omnibus ex Hip-
pocratis doctrina in 22. primæ sectione aphorismo.
*Concocta medicari, atque mouere, non cruda, neque in-
principijs, modò non surgeant: plurima verò non turgent.*
Verum hoc intelligendum in ijs morbis est, in qui-
bus expectanda concoctio. Quod si concoctio nec
villo pacto expectari debet, nec potest, nullo pa-
cto expectanda, sed cruda de repeate etiam primis
diebus vacuanda. Illud autem, in quo difficultas
consistit, enodemus. Frustrè expectatur conco-
ctio ubi nulla habet ripotest. Quod omnino alienum
a natura est, quodque coctionis est incapax, ad
concoctionem minime disponendum, quis nec a
natura dominatur, nec concoctionem suscipit. Ec-
ce non ficta, sed Galeni sunt verba lib. 4. de tue-
nda valetud. cap. 4. *Quod alienum a natura est, ut ad**

Obiectio:

Responso:

pristinam benitatem redigi non possit, protinus evanescit.
 Sed venenosa materia qualis supponitur ea, ex qua
 fiunt istae febres, omnimodo a natura aliena, co-
 actionis susceptua non est. Igitur in ea non debet
 expectari concoctio. Imo nec potest. Pestilens n.
 materia, haec precipue calida, & sicca semper tur-
 gens est, illicè ergo purganda. Est præceptum
 æternæ veritatis ab Hippocrate lib. 4. aph. 2. pro
 positum. *Si materia turges, eadem die, eadem hora*
purgandum tardare enim in talibus malum. Cur itaque
 in principio non purgabimus, concoctionem ex-
 pectando materiæ huius turbulentis venenatae, quæ
 nec vincitur, nec coquitur unquam a natura? Ru-
 sus posita subducenda materiæ peccantis necessi-
 tate, quodnam erit aptius tempus ad purgationem,
 videamus. In declinatione morbi vniuersali iniuli-
 le prorsus esset; cum iam natura morbosicam cau-
 sam superauerit: nec potest unquam moriæger in
 hac declinatione, nisi insignis aliquis error vel im-
 prudentis medici, vel imperitorum famulantium
 contingat. In augmento, & statu periculissimum;
 augeretur enim tuac temporis quando symptomata
 urgent maximè, symptomatum syndrome, dissi-
 parentur vires, distraheretur ab incepto certamine
 natura. Imo vel ipsa est molitura, & perfectura
 concoctionem, vel non. Si primum, pharmaco ab
 instituto auertitur. Si secundum, melius est ad me-
 dicamentum purgans peruenire in principio, quo
 tempore vires non adhuc consumptæ, nec elapsæ
 vigescunt, & symptomata omnia imbecilliora sunt
 ut vulgatum illud Hippocratis. *Circa principia, &*
fines omnia imbecilliora, circa statum vero fortiora. In
 principio itaque vacuandum. Postremo quis neget
 in

• Rati.

3. Ratio.

In his febribus statim a principio alexipharmacis antidotis, euacuantibusque per cutim, qui locus profecto ad ichorosam prauitatem extra corpuse iei ciendam est admodum conferens, necessario vtendum, ne cordis arcem apprehendat venenosa qualitas? Quis autem nescit nec alexiteria, nec cutaneæ excretiones, antequam totum corpus inanitum fuerit, institui posse? Illud præcepit Galenus tum. hb. 5. de euend. valetud. cap. 6. tum 8. meth. medea. cap. 4. tum 11. meth. med. cap. 9. & 10. Nil igitur in purgatione primis diebus acceleranda immorandum.

Validissimæ quidem existimari debet allatae istæ rationes; nam reliquas, si quæ sunt, relinquimus; vel quia imbecillioris sūt firmitatis, vel quia ad has reduci possunt. Sed nostrarum, quæ mox sequentur, cum ijs robur conferamus, experiamur; non nulla prius ex remotioribus principijs paulò altius repetendo.

Indicant cuilibet satisfaciendum statim esse, quando, nil, quod prohibeat, aduersetur, est communis apud omnes praxim exercentes, usus. At si unum erit indicans, pluratamen contraindicatio, omnia validis, omnia indicatum destruentia, quis vel minimum in arte medica versatus, indicacioni illi satisfaciendum putabit? Magnus morbus ex plenitudine sanguinis E.G. apud omnes mittendū esse statim sanguinem indicat. At si huic virium imbecillitas, ætas decrepita, cruditatum copia, alui suor, cæteraque huius generis accesserint, quis satisfaciens phlebotomiam imperabit? Uniuersale profecto vel indicans, vel contraindicans remedio rum omniū, quæ humano corpori adhibentur, est

Nostra sententia de nō purgando in principijs habrum febrī.

Vni indicati non satisfaciendum, si pluram contraindicantia.

Probatur exemplo magni morbi ex sanguine

Virtus uniuersale indicans vel contraindicans.

est virtus; tanti quideam momenti, ut nil, vbi ipsa vel non imperet, vel non permittat, moliendum. Hoc tan. a cautius, accuratusque in purgatione instituenda, quam in alijs præsidij, obseruari debet. Imo non parvificienda extas apud medicos contouersia, in quoniam maius virium robur desideretur, in venæ sectione, an in medicamento purgante.

Vnanimiter in pharmaco exhibendo magis, quæ in sanguinis per venam sc̄tam missione vires requiri, autumnant omnes. Ratio est in promptu. Nam licet sanguis naturæ thesaurus, & viuificatoris sedes sit, quo extracto simui spiritus, caloreque exoluuntur, expulsis vero excrementis humoribus per alium vi purgantis medicamenti, nil, aut parum iadè laudabilis materiæ secernitur; tamen nec tuta, nec definita fieri vnoquā poterit per pharmacum, vasorum inanitio. Non tuta, propter quasdam occultas corporum individuales conditiones, in quibus, nescio quæ naturales antipathiae nullis præuisæ coniecturis obseruaontur, vnde à phar-maco ægrotantis interitus experitur: aliquoīm sola cassia deglutitione, alijsuð mitissimis catharticis perierunt. Non tuta etiam propter ~~influsera~~, quæ ex purgatione incommoda sequuntur. Irritanture enim excretorum mordacitate sentientia membra: tormenta insimum ventrem circumdant; violenter vniuersum corpus iactatur: noxjs vaporibus cerebrum, cor, hepar, horumq; ancillæ particulae replentur, vnde languent, distenduntur, laxantur corpora: difficilis fit respiratio; imbecilles, concitati, interruptique apparent pulsus: palpitatione, morsu, syncope affligitur cor: frequas infestat

*An venæ se-
ctio, an phar-
macum plu-
res requirat
vires.*

*Pars affir-
mativa de
vena sectio-
ne probatur.*

*Vaccinatione
pharmacodū
plici causa
non tuta.
Prima causa*

Sec. causa.

*Symptoma-
ta ex phar-
macis.*

stat vomitus, nausea, innapetentia, ciborum horror. Sitisque ut plurimum molestia inexplabilis. Hæc omnia nedum a validis, violentis, virulentis inducuntur pharmacis, sed vel a leuioribus, & paucioribus, & in constanti etiam corpore. Non definita denique haberi potest purgatio sicuti phlebotomia; in hac enim ad extrahentis libitum sanguinis extractio fit: pauca, larga, moderata. Vnius dicit imperio sanguinis impetus cohibetur. Inquit enim Galenus libro de venæ sectione aduersus Erastratum. Neque enim ut venæ incisa fluxum max diger superposita fistulas, sic fistulae alii profluvium poteris.

In illa semel ac per æsophagum ad ventriculum labitur medicamentū purgans, libertas omnis amittitur eius vim, furem, rabiem frenandi, prohibendi. Ecce Galeni verba libro de venæ sectione. Nā quod semel, in ventre deuoratum est medicamen, quoniam omnis omne si deuoratum, fieri non potest, neque possibile est, ubi plus quam conuenientia purgetur, partem oblati au-

ferre. At vero dum altius sanguinem mistimus, nisi quid vrgat, prestat priori missione manus detrahere, iterumque illam repetere, ita, si tubet tertio. Rursus ex mouente, mobile, & motu ipso discrimen violentiae a medicamento purgante, & facilitatis a venæ sectione manifestum fit. Mouens ideo pharmacum, colore, odore, sapore, & consistentia ingratum, humanaque naturæ inimicum humores in petu ciet, & expultricem stimulat, proritat, cogit. Mobile ideo peccans humor, propria specie infestum, quascumque permeat partes, grauiter offendit; tenso halitu inficit, quantitate aggrauat, qualitate ferit, furitq; in quæcumque obvia. Vtrumque tandem vehe-

Vacuatio p
venæ sectio-
nem limita-
tur ad libi-
tum, mini-
me per phar-
macum.

Probatur em
Galeo de
v. na sectione.

Probatur em
mouente.

Ex mobile

Ex motu

in-

industria. E contrario sanguis tum levius naturæ immo pulsu, tum motu proprio, qua data porta libere profluit, vnde nulla in effluxu querimonia, nulla facultatum offendio, si parum animum, vel si oculos adhibeas. Statutum igitur remaneat plures, quam in venæ sectione, vires experti in medicamento purgante. Verum redeat vnde digressa fuit nostra oratio. Concedatur utique aduersæ opinio-

Plura contraindicantia pharamcum. Plura aduersariis in pestilentibus hisce febribus catatharticum recta methodo indicari. Quid si id quæ plura prohibeant, euntent, contraindicent? Horum princeps est virium imbecillitas, quæ necessaria ex sequentibus, quæ mox ostendam, accidit.

Primum est virium imbecillitas.

Ex quibus debilitetur vires.

Destruuntur vires in hoc morbo tum ex peccatis, noxijsque humoris qualitate, tum ex superuenientibus symptomatis. Noxious humor tum occulta, tum manifesta qualitate virtutem prosternit. Occulta qualitas est virulentia quædam sub putrido humore latens, ex qua insita, complanta- taque vniuersi corporis caliditas, primogeniumq; humidum insensibili voracitate consumuntur, depascuntur. Hinc ab Hippocrate & epidem. inseparabile signum febrium pestentialium, virum desperditio primis diebus præfinitum fuit, ex humorum videlicet virulentia. Hinc saepius a Galeno in libris methodi medendi, & passim alibi, conculcatum est, in malignis febribus nec larga sanguinis missione, nec tenui cibandi forma viendum, quia vires ex venenositate languent. Manifesta qualitas peccantis humoris est caliditas, & siccitas, tum biliosa, tum melancholica, ex consimilibus astro- rum constellationibus progenita, & ex cæli statu, annique intemperie conseruata, immo adaucta, vnde ad

Inseparabile signum malignitatis ex Hipp.

ad nimis calidum, & siccum temperamentum vera sunt corpora. Quod autem talia corpora, talibusque humoribus repleta, sub praedicta aeris, anni, & planetarum constitutione posita viribus perpetuò imbecillioribus extimanda sint, iam supra in controuersia de vi cunctis ratione meminimus ex Galenio auctoritate in decimo libro method. med. Quod verò ad symptomata pertinet; hæc, nempè vigilæ, dolores capitis, deliria, inquietudines, & similia quamplura, aliquando in harum febrium principijs, aliquando in augmendo; seu statu, ita in ægrotantes sœuiunt, vt eorum vires (sunt robustissimæ, sunt Athletarum) nec tunc temporis firmiter perdurare possunt, nec in futurum. Sit igitur hæc primæ rationis conclusio. Ad indicatum pharmaci debet respondere in quolibet morbo, præser. tim in maligno coindicans, vel permittens virium. Vires ex prauitatis, humorumq; prædominio, nec non symptomatum comitantia, vt probauimus, supponuntur semper prostratae, etiam in morbi principijs. Prohibetur itaque in principio catharticum. Sed ulterius progrediamur. Summa pri
me rationis
aduersus
pharmacū. Secunda
ratio. Tertia ratio

Vite, historiam huius morbi receasentes, ipsum interis inflammationibus associatum perpetuò iri. At quis in inflammationum internarum principijs medicamento purgante uti audebit? Non debere hoc fieri apertissimis verbis a Galeno libro 1. de crisibus ita explanatum est, vt longiori non indigeat probatione. Rursus cum duo in morbis vrgente symtomata, cui nam primò obuiam iturus est prudens medicus? Non né vrgentiori, si alterum tamen non aspernatur? Ita communis omnium recentem edentium consensus fecit, Galeno

Lyon.

F

præ-

præceptore, qui 8. meth. med. hoc ipsum docuit. In morbis autem malignis ex quoniam lethalius periculum imminet, ex simplici ne putredine, an ex venenata illa prauitate, qua insciuntur humores? Ex prauitate profecto. Primo igitur prauitati succurrendum. Prauitas non pharmacum, sed alexipharmacum est contrarium. Prauitas enim non vacuationem, sed extinctionem exigit; cum non modò medicamento purganti non cedat, verum irritetur ab eo potius, magisque furiat, ac seuiat. Nil ergò in principio confert purgatio antequam materiæ velenositas extinguitur. Verum alacriori, strictiorique aggressu certamen absolamus.

Quarta ratiō.

Cuncta hæc, quæ hūc usque negauimus, libenter aduersarijs concessa demus. Conueniat tanquam rectè indicatum pharmacum in febrium malignarum principijs, nec adsit virium contraindicans vulnus. Si morbi huius causa cathartico vacuarin non permittat, nolit; si locus ad eius expulsionem conferens non est aliud; si nullum datur pharmacum huic purgationi aptum, consonum; cur in principijs medicamentum purgans tribuemus? siogula hæc elucidabimus.

Nō competit pharmaco purgari valebit?

Causa, ut sapius diximus, est prava qualitas in sanguinis atrabilis ichoribus fundata. Quomodo cum ratione causa. pharmaco purgari valebit? Prava qualitas alexiterijs non medicamento purgantice dit. Ichor, volatile vaporis natura induitus non potest a pharma co attrahi. Atrabilis sanguis tutius, aptius promptius per hirundines, similcsque alias evacuationes expellitur, quam per purgans medicamentum. Causa igitur pestileus pharmacum respuit.

Quod

Quod si causa hæc vacuari inquam posset, per loca utique conuentia deberet. Hæc loca, non aliuns; quia venegati ichores per inferiora coguntur, non queunt, sed vel per superiora, vel percutim. Per superiora, ratione calidi, & sicciorum humoris, in qua persistunt. Hinc Hippocrates prædominante bile, & astivis temporibus per superiores partes eius expulsionem præcipit, dum 4. aphorismo sc. 4. dixit Astivis quidem superiores magis ventres, byrone autem inferiores medicamentis purgare operari. Quam doctrinam adamussem sequutus Galenus in libello, cui titulum fecit de ijs, quos purgare oportet cap. 4. scriptum reliquit. Debet biliolum humoris parsibus vacuare supernis, sicuti pituitosum infernus. Grauias sanè natura sua deorsum tendunt, sursum levia. Quod magis tenuitas ichorosa præse qualitatibus coniuncta, eius proprium, semper est fure, perque aliores corporis partes euolare. Per cutim verò, ratione aquæ, hydrocosæque naturæ, quam retinent ichores isti benefici. Hinc in febris pestilentibus ad cutim semper trahenda est causa malefica. Neque hoc merum esse a me exegitarū figmentū existimat aliqui. Audiant quæsd omnes Leonharti Fuchsij in com. 24. aph. 1. scđt. in acutis passionibus raro &c. aurea lana verba. In febre pestilentiali natura motus uniuersus ad cutem est; quapropter hunc medicus per ea que sudorem elicunt, adiuuabit. Unicè acute cauebit, ne per alium vacuet, quod is motus natura instituto ex diamestro pugnet, ut potè que venenatos humores non per alium, sed enim postius excrere studeat. Quæ hac efficacior, lucidior, plenior auctoritas? Ludouicus Septalius lib. 9. animaduersionum, & cautionum medicarum, ubi dicit prius Septalius.

Prauitas
percutim
proprie va-
cuatur.

Probatur
auctoritate
Fuchsij.

quam alexipharmacis utamur, debere totum vacuari, quam postea vacuationem fieri posse concedit per sanguinis missionem; hoc euenire docet, quia nisi prius in anitum fuerit corpus, neque alexipharmacis ad cor pertingerent, neque percutim venenum expellerent; ubi ostenditur aptiorem locum ad venenatæ materiæ expulsionem cutim esse. Non enim (ait Septalius) ad cor vires suas emittere poterunt (de alexipharmacis loquitur) nisi meatus sint expurgati; neque a corpore percutaneas excretiones venenum expellere poterunt, nisi pariter totum sit evacuatum. Locus ergo ad propulsandam febrium venenositatem aliud non est, sed cutis.

*Nequaer-
tione phar-
maci vlli-
sus.*

*Non Eradi-
cantis.*

*Non mino-
rantis.*

At quodnam erit aprumi pharmacum ad ichores istos expurgandos? Leniens, minorans, ad eradicans? Hoc ultimum minimè gentium. Quis in principio inconcoctam, erudamque materiam etiam turgentem eradicare tentabit? et quandò nec ullum a natura exemplum habemus eradicationis materiæ in principijs morborum, & malignorum, præcipue; cum potius tunc temporis omnes iudicationes letiales fuisse in epidemicis historijs obseruarit Hippocrates: nec vires tales purgatione ferre possint: nec calida, violentaque qualitas eradicantis pharmaci sive maximo discrimine in corpore introrim queat. At forsan meliori fortuna, in purgationis vulum reuocabitur aut minorans, aut leniens medicamentum. Vrumque perniciosissimum. Minorantium, ideo tale dicitur quod nō in totū peccantem materiam expellit, sed eam tantū minorat. Partim igitur eius vacuatur, partim remanet. Quod perius? Venenositas quieti est perpetuò permittenda. Si agitetur, ita per uniuscum corpus

corpus furit, ut partes omnes inficiat, & inde cor, cerebrum, vitales, animalesque omnes ventres repleat. Non potest minorari quin pars, quæ remanet, cum sit commota, nec tamen vacuata, non sauiat. Galenus cum de minoratione materiæ loquitur, dicens minorari eam debere ut minorata, facilius natura aduersus reliquias morbi inuchatur, de benigna intelligit, de qua nulla est suspicio relietam portionem magis furere; secus autem de malefica, & venenata, quæ latenti angui, igniè se-pulto persimilis, mordet, si tangatur: si detegitur, adurit. Leniens demum vel tantum levissime aluū lenit, vel simul aliquid noxiæ materiæ exturbat, purgat. Si primum, tutius hoc per ænemata haberi potest. Cur id, quod per aluum sine vlo vitæ discrimine obtinere quit æger, lenituò per os tentandum vbi maximum imminet periculum, ne cōmoti humores in viscera omnia irruant, grassestur? Quoties quotidiana praxi obseruauimus, etiā clysteriolis, ne dum lebitius medicamenta patefactam, agnata tamq; fuisse prauitatem, vnde morbus, qui salutaris prius censebatur, lethalis inde experitus fuerit? Si igitur nec eradicans, nec minorans, nec leniens competit pharmacum, quod nam aliud malignis febribus purgandi haud ineptum inuenient pharmacorum isti cupidissimi, qui potius belaboro pro ipsorum insaniae curatione indigent?

Iam satis superque sententiam nostram; pro exituis ingenij viribus illustrauimus. Auctoritates mox, ac rationes pro aduersa parte amplificatas explodamus. Hippocrates vbi in acutis passionibus raro, & in principijs medicamentis purgasti- bus utendum esse decreuit, razò intelligit, cum ma-

Quomodo intelligend'
Galenus de minoratio-ne materiæ.

Noxlenientis.

Clysterioli-
aliquando prauitate ex agitarunt.

Respondeatur aduersario-rum auctoritatibus.
Quomodo in tellendus Hipp. in 24º abhorism.

teria

teria turget, quæ raro turgere solerit; non autem prava venenositate infecta, quæ licet turgens, non per alium, ut diximus, sed per cæcum vacuari desiderat. Ecce præclarus Fuchsii prædicti Aphorismi commentario hoc ipsum explicantem. Longè enim, ait, ab Hippocratis prescriptio aberrant, qui badiæ faciunt medicinam, dum in acutis febribus, alijsque eius generis crebrò purgatoria propinuant medicamenta; quam optis verbis hic dicat non nisi raro id est quando materia

Hippocra- turget, in acutis morbis esse purgandum. Quod autem tes alibi seip- ita intelligendus sit locus Hippocratis, ex ipsomet su declarat. Hippocrate eliciendum putamus, qui lib. 4. de ratione vixit in morbis acutis tex. 38. non solum prohibet, nè in februm, aliorumque morborum principijs medicamento purgante utamur, verum quamlibet etiam motionem in corpore pertimescit, inquietus. Quod si urina ab initio tenues fuerint purgandum non est; ut si videatur, hoc est si aliud nil sponsa dejeicias, clysterem inyices. Corpus item quieti permettere, ungere, & aequaliter cooperire. In libello etiā de medicamento purgante cap. 4. idem Hippocrates seuerè præcipit, ne in magnois, adeoque acutis febribus purgatoria medicamentaingeramus! Ecce vniaduersariorum auctoritati, quot ex nostris

Responde- aduersantur. Galeni obseruatio de ijs, qui ex pe-
tur Gale- stilentia sanie uasere propter præexistitcam, præ-
ni obserua- purgatumque corpus, de vera pestilentiali febre-
tione. cum peste intelligenda est, in qua an recte vel per-
peram pharmacum tribuatur in principio nona est

Nostra epi- huius loci cur disputemus, in epidemicis autem fe-
demia res- bribus, quæ pestilentes sine peste sunt, nullo pacto
pondet epide- id exigitur, ut inferius patebit, cum primæ aduer-
mia descrip- fariorum rationi satisfaciemus. Imo hæc nostra
ta ab Hipp. 3. epid. præ-

Præterita constitutio, caliditate, & siccitate tum
planetaria, tum aerea, potentissima, præsentis mor
bi præcipua causa, in totum ferre perfunilis est illi,
quam descripsit Hippocrates 3. epidemior. & in ip
sa tamen restatus est Galenus in eiusdem operis cō
mentario 58. interijsse omnes, quibus alui fluor su
peruenierat. Non æquè igitur in omnibus pesti
lentibus constitutionibus obseruarunt veteres, vel
nocuam, vel innocuam fuisse semper purgationē.
Ad Avicennam denique eadem explicatione ref
pondemus: intelligendus enim de pestilentiali fe
bre cum peste, de qua paulo post clariss. Hactenus
auctoritates expugnauimus.

*Respondeatur
ad Avicenn.*

Primæ aduersiorum rationis summa hæc est. Omnis à natura alienum, vel concoctionis inca
pax, vel turgens, statim in principijs purgandum.
Talis est harum febrium causa ut pote tenuis, cali
da, siccata, venenata. Statim ergo purganda. Erro
nea, nec sati probata minor propositio. Evidem
in pestilentiali febre cum peste verificari potest pec
cans materiam esse prouersus naturæ inimicam,
nec vlla pacto concoctionis suscepit in minime
autem de pestilentiali sine peste, in qua ad primum
naturalem statum reduci noxiā materiam non
impossibile est. Pro hac veritate confirmanda ver
ba repetam Ludouici Septalij lib. 5. animaduersio
num medicar. vbi ipse cum superiori 47. paragra
pho de pharmaco in peste exhibendo fusissimè di
sputet, mordicusque sustineat, prober, corroboret;
debere nos in principio pestilentialium febrium
cum peste purgantibus uti medicamentis, deinde
tamen in sequenti 48° paragrapgo sic præceptum
limitat. *Caveat autem medicus, ne, quod in peste con*

*Respondeatur
rationi.*

*Auctoritate
Septalij.*

*Et utrumque est, in his febribus, quae, quod insigniorēm hanc
beant patredinem, quam vulgares febres putride, quod-
que in aliis quibus symptomatibus pestiferas veras amulen-
tur, pestilentes dicuntur, quales sunt, que maculas, que
les pulicorum morsus, aliasq; etiam cutis efflorescentias iux-
tas habent; idem obseruandum censeat: cum n. eò usq;
non sit in eis progressa putredo, ut ad pristinum bonita-
tem renocari non possint humores, aut sanè cum per co-
ditionem ad quandam temperiem, & medicorū redi-
cū possint, ut mitescente eorum ferocia, aut a natura,
aut arte a medicopellis possint, expectanda omnino erit eō
rum concoctio, sive non in principio, sed in declinatione
eruit vacuandi. Hæc quoad duo priora membrorum
propositionis. Tertium vero de turgentia sic scindit-
ur. Turgit materia; statim ergo vacuanda; ut
que etiam concedo, nec semel, sed plures, & quo-
ties voluerint, concedo. Sed vacuanda necessariò
non aliundè quam per aluum, hoc millies, & millies
negabo. Vacuetur pereas regiones, per quas mo-
tum habet naturæ adminicularem, perque loca
conuenientia. Nonnè amplius Hippocratici præ-
cepti in 21. primæ sectionis aphorismo expositio.
*Quæ ducere oportet, quod maximè natura vergit, per loca
conferentia, eò ducere conuenit, meminimus?* Confe-
rens locus est cutis; motus naturæ est ad cutim; ad
eam enim venenosa materia expellere sapè tentat
natura, ut supra ex Fuchsio, & Septalio probauimus. Corruit itaque prima ratio.*

*Respondeatur
secunda ra-
tioni.*

Tempus ad purgandum prius, in secunda ad-
uersariorum ratione, principium morbi statutur;
cum augmentum, & status periculosa sint, declinatio
vero inutilis. Ad hæc respondemus vacuan-
dam materiam nunquam esse in principijs aptam;
ad hoc

adhoc ut expellatur per aluum; quod tamen in de-
clinatione fieri potest: in qua considerare expedit,
an prius natura eam vacuarit, an non: si primum,,
nil excogitandum . Quæ iudicantur , vel iudicata
sunt integrè, neque mouere, neque nouare aliquid medica-
mentis, sed finere . Præcipit Hippocrates 20. apho-
rism. 1. se & si secundum, vacuetur a medico in mor-
bi declinatione, ne ipse redeat . Quæ relinquuntur
in morbis reciduam facere consueverunt, docuit idem
præceptor in decimo secundo aphorismo primæ
sectionis . Si autem vacuare in principio cupias,
percutim id facito . promoue sudores, excita ves-
cas.

Tertia ra-
tioni.

Tertiæ postremò rationi duplici responsione, satisfaciendum puto . Concedatur ex Galenis en-
tentia totum debere prius purgari, quam alexipharmacis, & cutaneis excretionibus vt amur . Sed quid? Diæta, sanguinisque missio, hæc sensibiliter, insen-
sibiliter illa, ad totius vacuationem non sufficiunt? Ambo sunt vniuersalissima vacuantia; cum omniū
partium substantiam per poros corporis vicitus ra-
tio, & humores omnes æquabiliter extractio sanguini-
nis per venam se & tam expurget . Tandem, ut qui-
cumque admatur scrupulus ; non sit optimè per
has duas vacuationes vniuersum corpus purgatuū ;
non idcirco infringenda est venenata qualitas ale-
xipharmacis, quia totum non est totaliter purum? Quod magis vrget, attendēdum perpetuō est. Ma-
ius eueneret detrimentum, vbi prauitas non extin-
gueretur . Sed si nōem hic huic controuersiæ imponamus . Qui cumque contrarium vel sentit, vel ex
periisse credit, sciat a veris medicis principijs ab-
errare, nec fallaci fidendum experimento , quod

G ratio.

rationi in aixum non est; licet aliquando fortè fortuna feliciter euenire accidat.

CONTROVERSIA SECVNDA.

*De chymicis medicamentis, spirituque vitrioli, an
viendum.*

*Cur multū
Alchimia
debeat medi-
cina.*

Alchimiæ iumentoribus in numero debet officia medica facultas. Etenim illius professores cum philosophicum adeò desideratum lapidem pro aucto artificiosè condendo, naturam æmulantes, audiissimè fabrefacere perquirerent; ex metallicis, mineralibus, vegetabilibusque quamplurimis, quorum multiplex transmutatio ad tale opus perficiendum requiritur, non pauca ignis virtute, quæ ad medicamentorum syluam notabilitadam, decorandam, augendam maximo ægrotantium emolumento inseruiunt, in lucem et tenebris eruerunt. Hinc sanè omnibus numeris absoluta censeri debet nostris temporibus medica Respublica, tot præparatione, electione, cultura, labore exquisitissimis, ac præciosissimis remedijis, auxilijs, præsidijis, adacta. Idcirco chymicaw hauc, seu manus dicere spagyricam artem non solum chymici simpliciter medici promotorum curatione recto iudicio amplexati sunt, verum & celebriores eruditissimique huius sæculiviri, qui rationalem scientiam illustrarunt.

*Medicina
nostris tem-
poribusper-
f. Et aet cur.*

*Medicina
chymica à
celebriori-
b' sequitur.*

*Methodi an-
tiquorū cū
chymicare-
centiorum
rebus unio.*

Imò exquisitorem, ac perfectissimam medendi methodum excogitati, veterum nempè theorica, præcepta recentiorum chymicorum praxi cōnectentes. Observemus insigniores nunc non modò Italizæ

EPIDEMICA

Italia medicos, verum etiam Gallia, Anglia, Ge-
mania, Lusitania, in quibus regionibus veget, de-
coratur, excolitur, in summoq; auge praesidet me-
dicina, non nisi ea ratione mederi, ut Hippocratis
Galeni, aut Avicennæ doctrinam spagiricis medi-
camentis celebriorem reddant. Ex horum nume-
ro sunt doctissimus Joseph Quercetanus, cui plu-
rimum propter restitutam pharmacopæam debe-
mus, acutissimus Petrus Poterius, laboriosissimus
Claudius Deodatus, ingeniosissimi Ioannes Har-
thmannus, Adrianus Myrsincht, Bartoletus, Crol-
lius, & recentissime sapientissimi Germanus Da-
niel Sennertus, qui vniuersam rationalem, & spa-
gyricam medicinam quamplurimis voluminibus il-
lustrauit, amplificauit, & tu, misemper celebrande
Petre Castelli, quia Messanensibus honorificentis-
simo publicarum lectionum munere, maximo cū
applausu vocatus, Siciliam vniuersam summopere
ornas.

Nescio itaque, qua vel rabie furoreque perciti,
vel ignorantia ducti non pauci ex nostris, aut nun-
quam animaduerterint, aut si animaduerterint,
medicamentorum chymicorum usum omnino im-
probarint, imò abijs, tanquam a venenis longè
abierint. Non nullos profectò demiror ex senioris
bus medicis doctos alioquin viros, ac de re medica
benemeritos ita in veterum magistrorum verbis iu-
rasse, vt tot a recentioribus bona, vel prorsus int-
uenta, vel in melius redacta, vt pote quæ vetusta
tem non sapiant, pro inutili sarcina humi relique-
rint. Videant, obsecro, studeant, euoluant præ-
dictorum auctorum libros, ex quibus tam mellifluç
doctrinæ salubres aquas haurient. Sed videamus

Rationales
chymici ce-
lebriores.

Laus Petri
Castelli.

quid aduersus hanc vtilissimam, nobilissimamq; factu-
tatem talia medicamenta fabricantem nebulo-
nes isti proclament.

*Tres aduer-
sorium ra-
tiones.*

Prima ratio

Secunda.

Tertia.

*Aduersus
spiritum vi-
trioli.*

Tria sunt, quæ ab ipsorum ore vniuersaliter obij-
ci, auribus percepi. Primum; Spagyrica omnia
impetu ignis, quod & vis etiam vocabuli exprimit,
& chymiatrici ipsi concedunt, eliciuntur. Naturam
igitur medijs perpetuo retinebunt. Calidissima
ergo omnia haec medicamenta, vtque talia pro fe-
bricitantium vsu abhorreamus. Alterum; obser-
vatum est, vel in minima quantitate chymica pre-
sidia summoperè operare, ita ut aliquando paucis
fissionib; alicuius suavis liquoris guttula; etiam validissi-
mi purgantis pharmaci vices gerant. Violenta
itaque necessariò existimari debet; quæcumque
maximas vires paruissimo sub corpore retinet. Vir-
tus veita fortior. Si fortiora, violentaque sunt, om-
nino fugienda. Postremum ex venenatis vt pluri-
mum spagyrica medicamenta componuntur, ar-
senico, sublimato, mercurio, calchanto, alijsque
huius generis. Igitur vel perperam præparata, ve-
nenata prorsus euadentur; vel etiam quantum sic-
ri potest oppima præparatione fabrefacta (quod ra-
tissime ramea ab artifice villo, vel propter laboris
taedium, vel propter artificis imperitiam, obtineri
potest) aliqua venenositate non carebunt. Quis er-
go deleteria, qualitate suspecta medicamenta ad
egrotantium sanitatem introducendam in huma-
no corpore introduceret. Hæc sunt, quæ genera-
tio chymica medicamenta impugnantes in medium
proferuat. Ad particularia vero descendentes nō
pudet impudenter, perficitaque fronte nonnullos
spiritus vitrioli usum in febribus maleficiis totis vi-
gibus

ribus improbare, illumque tanquam calidissimum,
& siccissimum, viscera omnia vrentem, rodentem,
secantem, imō venenosa insigni qualitate imbutū
febrientibus omnibus prohibere. Verum ante quā
futiles has rationes ex recte medentium foro exsi-
bilemus, quid nobis sentiendum sit, ingenuo cor-
de propagare fas est.

Antiquissimum fuit priorum mediocrum dog-
ma, optimi medicorum munus esse citō, tutō, & iucun-
dē curationē perficere. Et recte quidem; nam diū
sub ægritudinis tormentis torquere corpora, sani-
tatem perquirere non est, sed nimis longo ærum-
narum carcere vitam consumere. Cūm autem Cur citō.
experimentum esse periculosum dixerit in 1. aph.
Hippocrates non ob aliā rationē nisi quia ex Cur tutō.
Galeo in eiusdem commentario, non lignea, aut
lapidea, sed humana corpora medentur, in quibus
vel periculosa, vel irrationabilia experiri medica-
menta, eorum interitum producit; idcirco tutis,
probatisque auxilijs vtendum. Celeritatēdemum, Cur iuscūd.
& securitati, suauitas quantum fieripotest medica-
mentorū adiungi debet, ne plus molestiaz, ac one-
ris ex eorum tetro, ingratoque odore, colore, ac sa-
pore patiatur æger, quam varijs ipsius morbi sym-
ptomatibus. Sit igitur iure optimo tuta, cito, & iu-
cunda curatio. At si chymicis vtentes, citius, tu-
tius, iucundiusq, quam barbaris veterum medica per chymicas
mentis ægros ad sanitatem perducimus; amplexā citius cura-
da ergo, non fugienda erit spagirica facultas. E a. ri.
citius in corpora permeant, vresque suas expo-
munt, quæ tuoi subtiliorem consistentiam, tum pe-
netrabiliorē habent sese insidiandi virtutem.
Hæc sunt quæcumque superficia terrestre, im-
puri.

puritat busque omnibus per varia distillationum genera denudata, ut sunt singulæ chymicorum remediorum formulæ, citissimè voiueros meatus quantumuis angustos aperiunt, & in intimiores membrorum recessus labuntur. Minimè hoc ex ordinarijs pharmacis obtineri potest, quæ tardiori gressu, propter onerosam substantiam molē, incedunt.

Probatur tutius curari. Tutius deinde operantur, quæ omni excrementorum labo, facibusque expurgata nil habent, quod noxiū esse possit. Talia sunt chymica medicamenta, in quibus Vulcani ope ite perfectè purum ab intimo puro sciungitur, ut pharmaci anima (ut ita loquar) ferè sola remaneat. Cæteræ autem antiquæ pharmacopeæ præparations cum non ultimum acquisierint perfectæ separationis gradum, semper aliquid superuacanei excrementi in se retinebunt, unde non tam ex his, quam ex spagyricis tuta sortietur curatio. Quod verò iucundiora ne dum colore, aut odore, sed sapore etiam ordinarijs medicamentis chymica sint, nemo vñquam etiam ex aduersarijs, inficiabitur. Cum hæc itaque, veluti dictum iam est, se habeant, cur a quocumque stabilis rationem non damnet, damnanda veniet spagyrica pharmacopæa è Rectè prius; quam improbetur, quidquid improbandum est, cognoscatur, perscrutetur, intelligatur; ne cæcicum sinus Solē tenebrositatis reprehendere videamur. Hi quichymica medicamenta timent, abhorrent, vituperant, nec vñquam e limine destillatoriam facultatem salutarunt: qua, si veri naturæ studiosi, non pseudophilici essent, scirent sanè corpus nostrum continuo uti; cum tot præparations, concoctiones, separations, chilum, humores, partes, vrinæ,

Probatur curari iucundius. Probatur curari iucundius. Cur iucundius? Cur iucundius?

In corpore nostro continuo natura chymica opera exercet. In corpore nostro continuo natura chymica opera exercet.

ceteraque huius generis, quæ in nobis quotidiè fit.
ut, exempla sint magistræ naturæ artem chymicam quolibet momento edocentis. Sed aduersariorum obiecta diluamus.

Calidissima hæc medicamenta censentur, quia
ignis vi perficiuntur. Insulsa redargutio. Cibi
omnes, quibus continuò velcimur, imò Septem-
riorum vniuersa ab aduersarijs etiam visitata reme-
dia nonnè pari modo administrantur & Cuncta,
quæ in hæc inferiora aguntur, calore vel naturali,
vel elementari, vel cælesti (vniuersalis sublunariorum
actionum opifice) operantur. Non tamen inde eli-
citæ operationes necessariò calidæ emergunt, sed
iuxta extractorum temperaturam, quæ prout ho-
mogenea, vel heterogenea sunt, separati tempe-
ries producitur; quod facile exprobare vnicuique
datur, qui varios effectus quamplurium frigidorū
medicamentorum ex chymicis experiri vult. Di-
stant tantummodo ab alijs chymica, preparatio-
nis modo, caloris gradu, vasorum delectu, diligen-
tique industria, labore, artificio; quæ omnia non
nisi longa experientia, diuturnoque studio licet
acquirere. Violenta autem esse quia paruula dosi
maximæ efficiunt, nec recta ratio suadet, nec expe-
rimentum. Non experimentum: quia manifestum
est chymica medicamenta violenter quidem opus
suum efficere, attamen minori molesta, minori-
busque paroxismis, lipothymijs, & alijs symptomato-
ribus, quæ a Mesue composita producere solent.
Non ratio: quia maior horum medicamentorum
efficacia ex puritate, mistri omoibus excrementis de-
fæcti originem dicit. Hinc virtus intenditur, nec
proinde violentum quid evagescitur, imò in opere
fortius

*Res pōdet nr
aduersari-
rum ratio-
nibus.
Res p. i.*

fortius, in laesione autem ex actiua vi pharmacie re-
lata, imbecillius. Vulgata medicamenta debilius
iuando operantur, vehementius laedendo; nam
emolumenorum ex puriori parte mistis fit, detrimē-
tum ab excremētitia: in ordinationibus pharmacis plu-
ra sunt excrements, ex quibus medicamentivirtus
obtunditur, quam in spagyricis. Sicut magis illa,
quam hæc laedunt, & cōsequenter minus hæc vio-
lenta, quam illa: cum tamen validior habeatur ex
chymicis operatio. Quod tandem non solum vio-
lenta, sed venenosa etiam sint respectu materiæ, ex
qua componuntur, atque ob defectum, seu impe-
ritiam artificum facile est redarguere. Non enim
venenosa tantum, materia sunt chymicorum, sed
mista quælibet tum leuiter, tum fortiter operantia.
Validioribus non nisi in magnis morbis, viribus ta-
mea robustis existentibus, & in athleticis corpori-
bus virtuotur; mitioribus vero, ubi delicatoria sunt
corpora. Nec deficiunt periti, expertissimique
artifices, qui laboriosa omnia spagyrica magis-
tria perficere valeant, venenositate qualibet, si ea-
sit in mixto, exposiata. Hæc ad contrariae ratio-
nes.

*Spiritus vi-
trioli laus.*

*Petri Castel-
li autoritas*

De spiritu autem vitrioli, validissimo putredinis
ac prauitatis intersectore, pretiosissimoque huma-
næ naturæ balsamo, ne minium hic verbum infre-
rendum esse censeo, cum in doctissimis suis libris,
mi Castelli, satis superque huius præsidij doctrina
explanata sit; in quibus frigidum, & siccum eius te-
peramentum ostenditur, virüs in omnibus ferè
morbis patet, usus, dosis, & alia singula ada-
missum docentur. Veligitur nostri hoc auxilium
reprobantes, talia scripta nunquam legerunt, vel
ali-

aliquandō. Si oīnquam legerunt, certē miror aut ad medicorum aures, quæ scitu digna sunt, non percutisse, aut si peruecerunt, cupidam ignotā sydēdi impressionem non fecisse. Si emet legerunt, ea que negligunt, vel lignaua, vel ostinata mente quidquid laudem meretur, aspernunt. Sed de his, quorum memoria memoriae indigna est satis sit.

C O N T R O V E R S I A E

De Chirurgia.

CONTROVERSIA PRIMA.

De sanguinis Missione.

Maximum ad humanos morbos præsidium iure optimo cēseri debet sanguinis missio, quam etiam ex brutis seniores medicididicere. In qualibet febre, vbi magnus sit morbus, vires robustæ, ætasque floreat, ex Hippocratis in quarto de ratione victus in morbis acutis præcepto, a Galeno aphoristicae digoitatis celebrato, sanguinis missionem conuenire apud omnes pro comperto habetur. Sed in febribus pestilentibus specialiter, ao, & quomodo mitti debeat sanguis, pleniori sermone disputationem instituere opus est. Triaiuxta nostram obseruatam in cap. 4. methodum, sunt in hac materia exagitanda. Quantitas, locus, & modus sanguinem extrahendi. A primo igitur exordiamur.

*Sanguinis
missionem
ex brutis d
dicimus.*

Sunt qui Galeni præceptum in quacumque pur-

*Aduersario
rum opinio
de larga sā-
guinis mis-
sione in ma-
leficis febri-
bus.*

trida febre amplificantes, qui lib. 11. meth. med. saluberrimū esse dixit in omnibus febrib⁹ putridis tū intermitētibus tū cōtinuis sanguinē mittere, indiscretimā largissima sanguinis missione per venas iteratam sectionem etiam in hisce epidemicis, velenatisque febribus vtuntur. Qua verò ratione, quouè experimento exitus ipse probat. Exanimātur enim ægrotantes multò magis ab hoc præsidio perperam adhibito, quam ex morbi ipsius malefica vi. At quænam sint fundamenta, quibus ipsi n̄tūtur, accuratius examinemus.

*1. Ratio ex
Hipp. et Gal.*

Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima esse dixit Hippocrates in 6. aph. 1. sect. Inter extremos morbos quis non enumeret putridas, malignas, pestilentes febres & Extremum exquisitè remedium non sanguinis missio simpliciter, sed larga, sed iterata intelligi debet. Quod comprobari facilè potest ex Hippocratica, Galenicaque doctrina toties repetita de sanguinis missione vsq; ad animi deliquium. Nec in principijs supponendæ sunt vires perpetuò ita languidæ, vt talem phlebotomiā non ferant præcipue in iuuentute existentibus, in plethorico habitu præditis, in exercitatis corporibus. Harum rationēm robur hac alia ratione augetur, quod præsentis epidemicæ somes, ac putredo in sanguine consistat. Quod si maleficæ istius cōstitutionis originem perquiramus, ex Marte louem adurente prouenire dicitum iam est. Iuppiter sanguinex Astronomis omnibus præst. Læsio igitur in sanguine, sanguinis vacuatione, eaque magna, vt pote magnitudini affectus æquè respondente, tollenda. Hæc aduersariorum summa est. Nos, quid nostra ferat sentētia, in medium proferamus.

Virium

Virium inter omnia habendam esse rationem in cuiuslibet morbi curatione, & passim à Galeno res petitum est in libris methodi medendi, de venæ sectione, & de curanditione per sanguinis missio nem, & nos superius longiori sermonel demonstrauimus. Quod tamen præcipue in malignis febribus perpetuò obseruandum; cum inseparabilis sit præuitatis mos, robur facultatum omnium, quibus corpora nostra gubernantur, eneruare. Febris epidemica præsens nec sub principijs cum virium firmitate associari possibile est. Producitur enim, vt diximus, ex constellatione calida, & sicca, eodem que cæli statu, in quibus prohibetur a Galeno non sanguinis missio, absolute, sed magna, & in qua plurimum sanguinis detrahatur. Is lib. 1. de arte curat. ad Plauconem cap. 14. sic ait. Ita etiam si vigilia, aut dolor intensus agrotum crucient, cauende sunt subiectae evacuationes, ac multæ. Ipsa priores ambientis aeris temperies loco accidentis cœus dampnabenda est, dampnus exquisita calida, & sicca fuerit: qualis est temporum medio inter Cantis, & Arcturi ortum. Ob hac etiam neque in locis admodum calidis, aut frigidis, sanguinem mittere audemus: Quod si regioni, temporis status consentiat, etiam omnia abstineamus: si vero non consentiant, eius cœus mutuquidem, sed multò minus, quam si neutrum prohiberet. Et lib. de venæ sectione de his loquens, quæ sanguinis missio di quantitatem minorandam esse iubent, sic ait. Minus autem detrahimus, quam plentudo commonet: secundum atatus quidem, in pueris: secundum corporum habitus, in candidis, & carne molibus, eiusmodi Gallo existunt: secundum tempora vero, sub cane: ac similiter secundum regiones constitutionesque, in yis, quæ calidiores iuxta, & sicciores existunt, quam

Vires præcipue in malignis sunt oberuande

Cur in nostra epidemia vires se persupponantur liquide probaturex Galeno variis in locis parsitas exstrahendis sa malignis morbis.

nimirum bac omnia, quam maximè ad resolutionem sanguinis apta. Igitur si Galenus a multa extraheendi sanguinis quantitate abstinentiam esse docet, ubi regio, anni tempus, constitutio, cælique status naturaliter sint calida, & sicca; cur ea nos vtemur, quando hæc omnia præter naturam sint, & ex superioribus Planetarum viribus violentissimè producta? Rursum Auicennæ, Arabumque omnium sententia de sanguinis missione vitanda in quocumque morbo ex bile genito obream rationem, qua si mittatur sanguis, tollitur frenum bilis, unde ipsa magis furit, licet vniuersaliter ab aliquibus improbetur, sio hoc tamen casu verificari maximè potest. Nam si missio sanguinis in simplici putredine, bilis fortasse non furit; ubi putredo sit maligna, ichores iij venenosí, qui in bile resident, infallibili experimento magis esteruerunt, ac furore perciti immanes reduntur. Ut ergo ab hoc discrimine recedamus, parum sanguinis sit a nobis detrahendus. Tandem scitum est omnibus, quod ubi sanguis corruptus extrahitur, quod maior apparet in sanguine corruptio, eò minor quantitas vacuari debet. Id præcipue animaduertit Septalius lib. 4. animaduersione medicar. paragrapho 2. ubi ait. In sanguine detrahendo cauendum maximè, ne quanto putriorem, & deterioris conditionis sanguinem e vena profluere viderimus, tanto matorem quantitatem effluere sinamus; quod plurimos facere obseruamus: tali enim existente sanguine, & pauciores subesse spiritus constat, & vires faciliter solens collabescere. Corruptela hæc nostra in sanguinea massa viget, quam totam deprauat, deuastat. Id sæpius obseruauimus in sanguine ab ægrotantibus extracto, cuius forma, ut plurimum, similima

*Ratio Aucti-
cēna aduer-
sus sanguai-
nis missione
bic præci-
pua valet.*

Ratio nostra

*Confirmata
tur ex Sep-
taliō.*

Lima fuit ijs, qui pleuritide affecti ab affecto late-re venam secari sibi permiserunt. Hæc igitur omnia paucam sanguinis missione arguunt. Nec ali- quid roboris incontrarium adducta retinent, ut videndum.

Malefica febris, licet extremus sit morbus, ex intentia sanguinis putredine, attamen nec usque ad animi deliquium, nec multis, repetitisque vacua-tionibus curari debet. Ratio est, quia si quando multum euacuare expedit, vires autem sunt imbe-cillæ, paucissimus sanguis; partitisque vicibus ex-trahendus est, quanto magis hoc ipsum obseruan-dū, ubi multū euacuare non licet, quia vires quas in-venenata hac febre, & suppositius perpetuò infir-mas, perferre non valent. Audiamus Galenum, lib. de venæ sectione ita de propria obseruatione loquentem. *Vbi igitur multa euacuatione est opus, sed vires sunt imbecilla, in ijs euacuationem partiri ex-pedit, usi, & me fecisse uidisti in ijs, quibus crudorum interat humorum copia. Nam detracto pauculo sanguine, prostinus exhibeo melicratum probe coctum, &c. Et pau-lo post subdit.* Ceterum ubi feruerescens inest sanguini plenitudo acutissimam febrem accendens, jubito, ac simul vacuore expedit, eamque prorsus quam in principio aliquam partem irruat, inanire tentandum, vel ad ani-mi usque deliquium: virium tamen inspectio robore. Ne-cessario autem supponenda sunt vires infirmæ in his morbis, licet robustiora corpora afficerent, ex prædictis in superioribus controvenerijs: prauitate, constellationibus, anni temperie, & similibus: quæ omnia virtutem prosternere, vel in principio, vel in processu morbi neesse est. Quis autem noscit vires semper seruandas usque ad morbi statum ro-bustas?

Respondeatur
ad primam
adversario-
rum ratio-
nem.

Ad Secundum

Ad tertiam. bustas / Nec recte infectus putredinem in sanguine ex loue combusto productam, sanguinis larga effusione xurari: etenim putredo simplex non est, sed venenosus, ut diximus, calorem obtundens, facultates opprimens, naturaeque vim obtundens. Non multa igitur, sed pauca sit sanguinei thesauri vacuatio, ne purpureae animae, ut cum Virgilio loquar, carnifices videamur. Verum hic de quantitate non plura.

*Locus. unde
extrahi de-
bet sanguis.*

De loco non parua est inter recentiores controve-
xeria. Per multi perpetuo ex superioribus bra-
chiorum venis sanguinem esse mittendum mordi-
cus clamant: non nulli vero ex inferioribus, pedum
scilicet venis in principio harum febrium phlebo-
tomiam imperant.

*Aduersario
rum opinio
emper ex
brachio.
Probatur
auctoritate.
Primaratio*

Prima opinionis sectatores antiquissimum, &
adhuc usitatum usum mittendi sanguinem in febri-
bus universis ex brachio vitroque, apud omnes tum
Græcos, tum Arabes, tum Latinos medicinam fa-
cientes primo loco afferunt. Deinde his rationib-
us fulciuntur. Maior est consensus, conspiratio,
communiocum superioribus partibus ex venæ ca-
uæ majoribus ramis ad cor ascendentibus, quam
cū inferioribus. ergo melius educitur sanguis per su-
premas, quam per infimas venas. In prima sanguini-
nis missione tum reuellere, tum simul euacuare
licet. Utrumque melius per superiora haberi po-
test, quam per inferiora. Brachiorum venæ prom-
ptius; ac facilius à corde reuellunt, euacuantque
sanguinem a vena cauæ ascendentem, tum quia ma-
iores sunt venæ superiores, tum quia biliosus san-
guis facili negotio tenuitatem sua naturalis sursum pe-
tit. Ex brachijs ergo vacuationem sanguinis ag-
gre.

Secunda.

Tertia

grediamur. Imitandideq; semper sunt naturæ motus critici. H̄i v̄r plurimum in partibus superioribus obseruantur, per saouinis videlicet hæmorragiam. Ars ergo natūram amuletur ex superiori loco secando venas. Ad has rationes respondere inferius licebit, vbi prius nostram illustraverimus sententiam.

Nostra sententia ex parte probatur
1. Ratio.

Duo sunt, quæ in principijs quarumcumque febrium attendi perpetuò debent, quæ etiam ab adversarijs concessa, comprobataquæ prius suere: reuelare nempè. & euacuare noxios humores, ambo enim competunt vbi humorum incipit fluxio ex doctrina Galeni lib. de venæ sectione. Verum in febribus pestilentibus non simpliciter hæc, & quomodo cumque fiant, fieri debent; sed amplius rapuum peccantis materiæ ad sedem affectam, nobilioraque membra, quantum fieri potest, impedi-
re, atque ad ignobiliores particulas eam reuelare, simulque euacuare oportet partim illius materiæ pereamdem regionem, ut longissimè fiat attractio, & expulsio venosæ pravitatis: cuius proprium est partes, per quas permeat, inficere. Igitur si tutius, reuulsio, & euacuatio per inferiora, quam per superiora habeatur, nemo per hæc potius, quam per illa reuellet, euacuabit. Accedamus ad id cōprobandum. Mineram huius venenatae putredinis constitutus iam venæ caue truncum sanguine atrabiliare repletum, vnde morbi fomes, & origo habetur, veluti oculatim anatomica sectione obseruauimus. Videamus ergo vnde tutius, ac promptius reuelatur, vacueturque hic sanguis; per brachiorum venas, an pedum sit terminum a quo profluit humor, id est vena caua, & ad quem tēdit, id est

2. Ratio.

Confirmata reue-
lature ex reuul-
tione, & va-
cuacione.

cor

cet, & cerebrum respicias, melior reuulsio, & euacuatio per inferiora quam per superiora habetur.

De reuulsione prius dicendum. Reuulsionem competere quam distantissime ab affecta parte est Galeni præceptum sèpius iteratum rum lib. 13. meth. med. cum lib. art. medicinal. c. 95. Ex vena caua,

Vnde promptius ad tu-
tior fiat re-
euulso, & v:
euatio per
vena settio-
nem.

longius est iter ad pedes, quam ad brachia. Ex corde, etiam, ac cerebro longissima est via ad pedes, breuis ad brachia. Ergo tum respectu loci, a quo fluit, tum ad quem terminatur materia peccans, semper fit promptius reuulso per inferiores partes, quam per superiores. Nec promptius tantù, sed tutius. Nam venenosam materiam circa laesa membra, eaque nobiliora circumferri, pericolo non vacat. Nonne periculosius veneficos ichores ad cor, cerebrumque euaporare, quam ad infimas articulorum extremitates? Si melius reuellitur per inferiora, sequitur etiam melius euacuari; tum quia noxiā materiam meliori fortuna per ignobiles partes, quam per insigniores expellitur: tum quia

Ramificatio
vena caua
descendens
ad pedes.

facillima est via a vena caua ad pedes per eius descendētem truncum, qui (si anatomici credimus) ad ilia tendens in ramos iliacos dividitur, a quo surculi quinque emergunt: adiposus, renalis, spermaticus, lumbaris, & musculosus. Ramus autem iliacus, qui extra abdominis cavitatē porrigitur, sex efficit propagines, quarum prima est saphœna, id est vena malleoli, quæ ad inguinis glandulas edat, per ioternam cruris partem, inter cutim, & membranam fertur, & ad malleolum externum descensa, in pedis superni cutim variè absuntur. Contra verò si ex brachiorum vena qualibet extrahatur sanguis (quicumque terminus consideretur, vel a quo,

quo, vel ad quem) periculis uscir sit semper, quam ex pedum venis. Semper enim per coronariam veniam vel ad cor attrahitur, vel per cor transit venefica qualitas in sanguine sepulta, tum si a venae caua, tum si a corde principium vacuationis sumatur; unde non solum non sit reuulsio a corde, verum, & ipsum magis inficitur, venenosisque vaporibus circumducitur. Motus tandem ichorum, qui natura sua furentes facilè superiores partes petere solent, non iuuari, sed prohiberi debet. Per venæ sectionem ex brachij iuuatur, prohibetur ex pedibus. firmum igitur remaneat phlebotomandū potius ex pede, quam ex brachio, ubi cum putredine coiuncta etiam permeat prauitas.

His persuasi rationibus tot illustres viri scriptis mandarunt sectionem venæ ex pedibus maximo-
perè in malignis febribus auxilio esse. Hinc in eam-
dem sententiam celeberrimi medici abierunt: Lu-
donicus Mercatus in praxi medica lib. 7. de curat.
febr. pestilent. & malign. Ioannes Colle in practica
medic. malignorum morborum lib. 6. cap. 4. & 6.
Eustachius Rudius lib. 3. de feb. pestil. & malign. cap. 30. Zacutius Lusitanus lib. 3. obseru. medic. ob-
seruat. 44. Noster Ioannes Philippus Ingrassia Sici-
liae Archiater digoissimus in lib. quem vulgari ser-
mone inscriptis de peste parte 4. cap. 7. & Horatius Augenij.
Augenius 3. epistolar. & consultat. medic. in epist.
de Antistite Aconensis, ubi ex professo hanc se-
tentiam defendit, probat, suadet: Quāplures alios
silentio libenter p̄termitto, ne videar magis nu-
merum, quam auctoritatem doctorum hominum
mago facere. Speciarim vero duos recentissimos
medicinae antequa nos reticere non debeo: Da-
I nici-

Probatur
auctoritati-
bus.

Mercati.
Colle.

Rudij.
Zacuti.

Ingrassia.
Augenij.

Sennerti.

Maroia.

nitem Sennertum, ubique gentium notum, & Cipriani Maroia insignem Hispanie medicum.
 Sennertus lib. 4. sue praxis cap. 11. de curat. febr. posil. & maligni in genere; postquam de cucurbitulis scarificatis sic loquitur. Applicantur autem commodissime partibus inferioribus, cruribus nimirum, ut una etiam tumores vitijs quam longissimè a cordis, & cerebro, nobilissimis corporis partibus ad inferiora reuelantur. Statim subdit. Adhuc vero commodiò, multisque usus est venarum in pedibus aperito. Maroia vero lib. 1. de febrib. cap. de curat. febr. malignar. haec protet verba. Quod si sanguis extrabatur ex talo, non erit prater naturam in hac febre, & alijs pestilentibus, quod defumitur ex Galeni libello de scarificatione, qui ipsius crura scarificare iussit, dunsque ferè libras sanguinis detraxit, in quadam pestilentia, qua ipse etiam fuit corruptus, & sic periculum vitavit; nam sic reuellitur humor, & venefica qualitas ad distantissimas partes sedetur, & simul plenitudinem deponimus, si in morbi principio prospicit. Ego autem cum feliciter successus semel, aut bis sanguinem ex talo detraxi, ex illentibus adhuc scopis missis disanguinem, quo auxilio venenum a corde separatur, & humor reuelloit, prasertim si tumor est quod humor ad cerebrum moueat, optimè vena scissa ex talo administrari debet, quia sic illius motu sedamus. Hæc Maroia.

Videant ergo aduersarij (vt eorum obiectionibus satisfacere aggrediamur) an sanguinis missio ex pede sit nostra chimera ex libidine noua impetrandi, quæ ipsi non faciunt, inuenta; an eorum pigritia, ac defectus, quos celebriores de re medica benemeritos detestanda inertia euoluere piget. Libros ad studendum aperiant, vt labra ad eloquendam causa non habeant. Sed ad rem nostram.

R.

Rationibus in conterium adductis facili negatio ex superiori dicitur respondemus. Quod enim maior sit consensu venæ cauæ cum partibus superiis, quam cum inferni, non ita est perspicuum, ac innegabile, ut sine controværia sit concedendum. Respondeatur aduersariis rationib[us].

Etenim ex Hippocrate corpus vnum, conspiratio una, consentientia omnia. Sed vel negetur hoc vel concedatur, aut nihil, aut parum refert. Sit profecto ut ipsi cupiunt; ipsi metu p[ro]fessos obruunt. Sequitur enim quod citius evacuatus sanguis per superna, supernas, & nobiles partes magis iædat, corruptat. Itidem licet concedatur maiores esse Secunda. venas superiores, ad quas faciliter biliosus sanguis irruat, quod neque accuratiores anatomici permittunt, hoc tamen semper arguet reuulsionem, evacuationemque per brachia factam, periculosis simam esse, cum reuulsuri, ac evacuatur humoris venenositatem membro affecto, nobilissimoque approximent, illudque consequenter perperam afficiant, quæ reuulsione, & evacuatione ex pedibus evenire non posse manifestum est. Motus denique naturæ criticus in hisce febris non est ita proprius per narres, quod non sit etiam per inguinem, & per anum, per quas vias frequentius solet natura venenositatem expellere, vel per hæmorrhoidales venas vel per rectum. Firmum itaque remaneat non modo conuenire, sed etiam necessarium esse ex pede, ubi febris sit maligna; venenoque co[n]iuncta, sanguinem mittere, minime ex brachio. Sic tum in nostro magno Xenodochio, tum per universam hanc urbem, saepius est obseruatum, felicitudo temper cum euentu. Huius tamen remedij primus apud nos meminimus (ut merita, cui

Marcus Antonius Alatus primus apud nos sanguinis missione ex parte in eum reuocauit. Modus mittendi sanguinem.

Reuulsio, derivatio, & vacuatio quo modo fiant.

Hirudines impugnantes non nisi in effuetis eas admittunt.

Quia veteres ipsis vobebantur,

debetur laus, tribuatur) *Marcus Antonius Alatus, qui ante omnes hanc talis phlebotomiam involum reuocauit, reverentibus in principio ex alijs medicis multi, qui hoc praesidium tamquam inauditum reclamabant.*

Remanent nunc pauca nonnulla addenda de modo quo mitti debet sanguis. Variatur enim modus sanguinem extrahendi iuxta indicationum veritatem. Nam vel reuellere, vel deriuare, vel vacuare in animo est. Primum ad distantissimas partes faciendum. Secundum a proximis. Tertium ab ipsam et, si licuerit, affecta particula. Pro reuulsione igitur sanguinem mittimus per inferiora, vel cucurbitulis scarificatis in lumbis, in natibus, in cruribus, similibusque locis, vel hirudinibus ad haemorrhoidales venas appositis. Pro derivatione cucurbitulas dorso applicamus, ubi a corde deriuare intendimus: Sub occipitio vero inter primam & secundam vertebram si a cerebro sit deriuandum. Pro vacuatione tandem vel venam frontis secari, vel hirudina es venalis aurum, aut orarium affigimperamus.

De his omnibus praefidijs neminem video, qui alicuius notae sit, à nostro instituto diffentire. Circa hirudines tantum, per paucos annos in aduersam sententiam transire; sed conuenire sciunt neque in simpliciter putridis, neque in malignis, seu pestilentiis febribus hirudinum in venis haemorrhoidalibus applicationem nisi corpora sint, quæ ad hanc evacuationem naturaliter, vel quolibet mense, vel longiori intervallo aflueta sunt. In cæteris, tamquam perniciössimum medicamentum prorsus damnant, nō ob aliam rationem, nisi quia nec

nec Hippocrates, nec Galenus de hoc praesidio viii
quam mentionem fecerunt, nisi in assuetis. Cum
his longiorem instituere disputationem iure opti-
mo piget; quia rem video tam apud celebres viros
claram, tam apertam, tam indubie prolatam, ut ea
comprobare, opus exstinet sine necessitate labo-
siosum. Vnum tantum efficiam: admonere, quā-
tum scripoteſt, christiana pietate quoſcumque ab
hic ſententia diſcrepantes, ut illuſtriores medi-
cinae caſcidatos conſulant, ex quibus germanam
doctrinam diſcent. Horum autem ſi non nullos
ſcire cupiunt, vnde ignota apprehendant; le-
gent præter alios Eustachium Rudium loco ſu-
pracitato, felicem Plateum de febribus, Danielem
Sennertum de curat. febr. pestil. Ioannem Colle lib.
6. cap. 7. de hirudinibus in malignis febribus, & præ-
ſeruum Petrum Salium Diuersum de febre pestilen-
cap. 21. circa finem.

*Reſpoſetur
aduersarijs.*

*Auctores,
qui byrudi-
nibus vi-
tur.*

Ab his docentur proficiunt admodum eſſe *ſumma*
hoc auxiliū; ipſorum autem ratioꝝ ſumma *rationum*
haec eſt. Quia prædicta vacuatio guttatum, & per *pro byrudi-*
anguſtissimas venas ſanguinem ducit: quia maxi-
mē reuelit tum ab int̄mis partibus, in quibus ſo-
let incendium adere, tum a superioribus laſis: quia
expellit per loca conſueta, ac naturali excretioni
ſapē ſa plus destinata: quia ſine virium diſpendio,
ita ut viribus etiam languidis adhiberi poſſit, euacu-
cuit: quia in manib[us] noſtriſ eſt vel pauciore, vel
copioſiore reddere evacuationem. Nec limi-
tatur hoc præceptum ab ullo prædictorum aucto-
rum ad assuetos tantum huic excretioni; nulla n.
ratio hoc perſuadet. Attendendus tantum eſt lo-
cus, per quem ſolet natura expellere, etiam in qui-
bus

Rationeſtra

bus nunquam expulxit. Nonnè vacuamus per aliū sumpto a natura exemplo, quæ frequenter sollet per aliū mouere, & hoc facimus in ijs etiam corporibus, in quibus nunquam illa præcessit diar hæa / Maximè quidem. Cur ergo in hoc alio casu prohiberi debet artifici imitatio naturæ à Hippo-

Confirm. ex Hipp. et Gal cratem Galenum, & alios veteres (licet non sit per petuò verum ut omnia medica præsidia ab ijs invenata fuerint; ut patet de tot recentissimè in usum medicum maximo cum emolumento vocatis) non fuisse ab hoc præsidio alienos etiam in non assuetis, elici potest a Fuchso lib. 2. instit. medic. se &c. 5. cap. 15. ubi agens de hirudinibus sic ait. Inter præsidia sanguinis vacuatoria hirudines quoque connumerantur. Ha veteribus crebrò in usum fuerunt &c. Quod si ab operibus naturæ ex arte imitandis argumentari re- Etè liceat, & nos habeamus ex Hippocrate 6. epid. se &c. 3. t. 29. Quibus hemorrhoides profluunt, & neque pleuritide, neque pulmonis plegmone, neque phadigena, neque furunculis, neque terminib; pariter neque lepros, neque vitiliginitbus albis corripiantur. Ex se &c. 5. t. 21. Hamorrhoidæ ab stra liberant bile, eò quod per basissimæ profluat. Ex 6. aphor. 25. In insanientibus, si hemorrhoides supervenerint insania solutio. Et alibi similia. Cur nō dicendū ex eorumdem Hippocratis, & Galeni commentatoris sententia debere imitar. hunc naturæ motum etiam in ijs, qui ad illum consueti nunquam fuere, ut consequatur effectus Hippocraticæ doctrinæ, in perturbationibus ventris, & vomitibus spontinis &c. Sed nescio quod me rapuit veritatis furor, cum nihil de hoc disserere proposuerim.

CON.

CONTROVERSIA SECUNDA.

*De Repellentibus, præcipue de Oxyrhodino an-
conuenientia.*

IN maligna qualibet febre, vbi humores super-nas partes petentes, cerebrum præsertim, ea sunt natura, ut illicè eius membranas, ac venulas excalfaciant, mordeant, inflamment, vnde vel paphrenisis, vel phrenisis vera generetur, communis ferè omnium praxim excentrum abusus est, repellentibus uti medicamentis, ijs nempè, quæ vel frigidum, & siccum, vel frigidum, & humidum habent temperamentum. Hæc enim utraque cū-tim densando, calidam intemperiem in frigidam, transmutando, meatus constringendo, humores incrassando, contrarijs curationem initiant, noxiisque materiam ab affectis particulis aliunde repellunt, expellunt, reperiunt. Inter hæc potiora sunt quæcumque caput insigniter refrigerat, & simul vel humectant, vel siccant; vt succus lactucæ etiam niue refrigeratus, testudo viuens dissecta, & omoium princeps oxyrhodinum appellatum medicamentum ex aqua rosacea, aceto rosato, oleo rosaceo omphacino, cum succo lactucæ, & similibus composto, quod futuræ coronali imponunt, ut inde virtus peregrina natura adhunc effectum defluita, interois cerebri partibus compartatur. Rationes, quibus oxyrhodinisti, ut ita dicam, viantur, nullas video, præter unicam Galenianam auctoritatem, qui lib. 13. meth. med. tum lethargicis, tum soporosis affectibus præcipit indi-scri-

Repellentiu
abusus in
malignis fe
bribus im
probatur.

Vis repellen
tium.

Quæ sint re
pellentia.

Ratio aduer
sariorum ex
Galeniorum.

scriminatim oxyrhodinum. Afferit enim. *Atque hoc quidem commune utique virtus, & ei, quod cum sopore, & ei, quod cum vigilijs incidit. Communis præterea utriusque est, ut oxyrhodinum in principio admoneas.* Nam repellendus a capite humor est, quisquis is fuerit. Hac persuasi auctoritate ita arguunt. Ab arce avertendi semper sunt hostes. Humanus theatrum caput est; sacrum naturæ templum a Platone appellatum. A capite igitur repellatur humor quicunque. Nam vel ad frigidum, vel ad calidum inatem peret cerebrum, vel delicia, vel lethargi accidit. Symptoma omnia lethalia; unde repercutieodus est humor tum frigidus, tum calidus. Hæc sunt posterius diluenda: prius vero altioribus principijs contrariam sententiam illustremus.

*Nostræ sententiæ.
Conditiones reuulsionis.*

Quæ materia possit repellere.

Melancholia, & pituita non possunt repellere, & incur.

Vt repulso recta methodo sit adhibenda, duo requiriuntur præcipue. Primum, materiam repellendam ratione tum manifestæ, tum occultæ qualitatæ aptam esse ad expulsione m. Secundum, terminos a quo, & ad quem repellere debet, cōgruos esse ad repulsa materiæ susceptionem. Primum, igitur de materia perquiramus. Quælibet materia vel frigida & sicca, vel frigida, & humida est, vt melancholia, & pituita; vel calida, & humida, aut calida, & sicca, vt sanguis & bilis. Rursum barum, quælibet vel benigna, nulliusque mal moris est; vel malefica, venenosa, & prava qualitate int. Ita. Videntur ergo quænam ex his liceat repellere, quæ minimè. Melancholica, & pituita mater a nullo pacto est repellenda; repellere enim non potest. Repellendi humoris conditio est, non adhærente partibus ut facile ex ijs repellere possit. Idcirco in statu fluxionum, communis omnium consensu, cū iam

idem humores adhærent firmiter, repellentia prohibentur. Melancholia, & pituita non sunt aptæ ad expulsionem, neque ex natura sua, neque ob repellens medicamentum. Non ex se, quia crassæ substantiæ, onerosi ponderis, difficillimæque penetrationis cum sint, potius infixæ locis remanent, quam per eos solutæ fluant, ac euolent. Non per repellens medicamentum; quidquid enim repellit, debet esse contrarium, non simile ei quod repellit. Repellentia sunt tum frigida, & sicca, tum frigida, & humida. Quomodo ergo melancholiæ, & pituitam eodem temperamento prædictas repercutient? Hæc de frigidis materijs, transeamus ad calidas. Bilis, & sanguis, ut natura tenuissimi, motuque celeres facillimè ad repulsionem aptantur. Sed in his consideranda venit intrinsecæ formæ qualitas. Hi enim calidi humores si nullam in se retineant venenositatem, nil habent ex se, quod repulsionem contraindicet: Si autem prauitas eos comitetur, nullo pacto, nullo morbi tempore, a nulla corporis particula sunt repellendi. Ratio est validissima. Venenosa materia vbicumque repellatur, semper malum adauget. In parte, a qua repellitur, somitem maleficæ qualitatis relinquit, & licet abeat, remanet. Partes, per quas transit, inficit. Partem, quam pro motus termino elegit, corrumpt. Nullib[us] ergo repellendi debet maligna materia. Idcirco Galenus 14. meth. med. scriptum reliquit. Vbi quod influit est venenosum, ut in carbunculo, & cancro, potius scarificamus, & astrahimus, quæ repellimus; timentes, ne nobilis partem errabundus humor inuidat. Ad terminos. Repulsio vel ab intus ad extra fit, vel ab extra ad intus. Rursus vel a nobis ad terminos.

Bilis, & san-
guis possent
repelli, &
qua conditio
ne.

Venenosa
materia nō
debet repellē
& cur.

Probatur &
Galenī au-
toritate.

Conditio re-
pellantis quo
adterminos.

*Ab intus ad
extra bonū
repellere. &
cur.*

lirmēbro ad ignobilē, vel a nobili ad nobilē, vel ab ignobili ad nobilē, vel ab ignobili ad ignobilē. Ab intus ad extra, quod præcepit Hippocrates, semper bonum. Est enim valentis naturæ opus, quæ per facultatem expultricē critico motu quidquid noxiū sibi est, ab internis visceribus ad extremam cut scircumferentiam, commune totius corporis emunctorium, expellit. Contrā, si ab externis partibus ad interna repellere voluerimus, contrarium ex diametro motū naturæ instituemus, quod neutiquam concedendum. Ab ignibili parte ad nobilem nemo est sanæ mentis, qui repellere velit, in maximum enim naturæ detrimentum naturæ motus contorqueretur. Ab ignibili ad ignibilem, quia membra suæ inter se æqualia, ut læsum ex his tuearū, repulsio conuenit. Hoc sæpè sub defensiō nominē Chirurgi vtuntur ad inhibendas a vulneratis, aut inflammatis locis fluxiones. A nobili ad nobilem quādā repellendū.

*A loco igno-
bili ad nobi-
lem non re-
pellendum.
Ab ignibili,
ad ignibilem
potest repelli*

Ab ignibili, ad ignibilem, quia membra suæ inter se æqualia, ut læsum ex his tuearū, repulsio conuenit. Hoc sæpè sub defensiō nominē Chirurgi vtuntur ad inhibendas a vulneratis, aut inflammatis locis fluxiones. A nobili ad nobilem quādā repellendū.

*A nobili ad
ignibilem
vera repul-
sio.*

A nobili tandem ad ignibilem est verus reperiūdi modus a natura frequenter in criticis vacuatio-nibus obseruatus. A primo itaque ad ultimum sanguis, aut bilis, si malignitatem adepti non sint, ab intus ad extra, atque ad ignobiles partes, a nobilibus repellendi possunt. Minimè autem si benefici sint humores, & ab extra ad intus, seu ab ignibili ad nobilem locum fiat repulsio.

*Repellentia
capiti adhi-
bita repellit
ab ignibili
ad nobilem.*

His præhabit is si clarissime demonstrabimus oxy-rhodinum, cæteraque repellentia supersuturam coronalem apposita repellere a parte externa ignobili, id est cuti capitis, ad internam nobilissimam, nem-

nempè cerebrum, admittenda a nobis erunt hæc medicamenta, vbi præcipuè venefici sint repellendibumores fieri autem hauc repulsionem ad cerebrum, in cuius veritate nostræ sententiae bases fundantur, firmissimis rationibus confirmandum existimo. Repellentia, futuris affixa vel repellunt, vel non. Si non repellere dicantur, frustra ergo adhibentur ab aduersarijs. Si repellunt, vel ad cerebrum, vel aliundè. Non aliundè, quia hic est finis futurū ab omnibus Anatomis Galeno præceptore constitutus, ut vis nempè medicamentorum ad cerebris nus permeet. Si ad cerebrum, nō amplius disceptatione indigemus.

Probatur
repelli ad ce
rebrum.

1. Ratio.

Obiectio Ia-
chini.

Verum quia obseruarunt nonnulli ex contraria sententiae sectatoribus, inter quos præcipuè est acutissimus Leonardus Iachinus cap. de phrenitide, decisionem huius controversie totam dependere ex termino ad quem repellit oxyrhodion, & alia huius generis repellentia; vnde ut vim syllogismi effugerent, dixerunt non fieri in applicatione repellentium in sutura coronali repulsionem ad cerebrum, hoc enim ab ipsis ultra citroque concessum est fieri non debere, sed ad maiores venas usq; quo ad hepar venarum principium pertingerent humores: idcirco in hoc maximè incumbendum, ut probemus repellentia capiti apposita sine ulla subterfugio ad cerebrum repercutere. Hoc autem sic ostendere aggrediar.

Phrenitidem transire non raro in lethargum, quæ saeuior illa est affectio, & passim omnes docent, & experientia confirmat. Quomodo autem hoc fiat, ex iisdē, qui oxyrhodino uti solent, comprobatum volo. Doctissimus Joannes Matthæus de

Resp. Iachini.
Confirmat
tur ex Mat
thæo de gra
dis quia ex
phrenitide
sive et lethar
gus.

gradis in sua praxi cap. de phrenitide , inter alios modos, quibus ex phrenitide Lethargus producitur, vnum assignat per repellentia , his verbis . Se- cundus modus est ex applicatis, nam regimen in apostole- mate cholericō est per applicationem frigidorum , & humi- derum, & ita extincta materia calida potest multi- plicari materia flemmatica, & sic ex cholericō a dominio fieri flemmaticum a dominio. Ludouicus Mercatus in l.i.sum praxis cap. de phrenitide sic de oxyrhodino agens, loquitur . Verum in hoc re caudum est ab yis, quae impenitē refrigerant, & repellunt, quippe que non rorē ex phrenitide lethargum accersant. Ex his auctori- tatis liquidō patet ex applicatis ad suturas repel- li ad cerebrum , aliter non transmutaretur in le- thargum phrenitis.

Confirmatur ex exemplo pleuritidis, et doloris au- riū, ex Maf- faria.

Rursus si repellentia neque in pleuritide , neque in aurium dolore etiam ab oxyrhodinitis admit- tuntur, & hoc ne in pleuritide reperiatur mate- ria ad nobiles pectoris partes , & in dolore aurium ad cerebrum , cur in alijs capitis insignioribus mor- bis admittenda? Multi sunt qui prædicta animad- uertunt. Ioannes Mattheus de Gradis, Ludouicus Mercatus, Hieronymus Mercurialis , & alij quam- plures; sed ego auctoritate tantum Alexandri Maf- fariae vtar , vt aduersarios cum eorum antesignani verbis superem: est enim Massaria acerrimus oxy- rhodini defensor. Sed uno verbo (ait ipse in sua pra- xi cap. de pleuritide) respondeatis cum Galeno cap. 17. in pleuritide nunquam medicamenta repellentia conue- nire, proprieas quod talia medicamenta humores inflam- mationem efficientes, in pulmones , & cor nonnunquam repellunt; imo verò tantum abest, ut repellendum sit, ut positus forastrabere oporteat, ad quem modum paulò post vide-

videmus Hippocratem statim principio calidis medicamentis uti. Idem Massaria in cap. de dolore auris, dubius quid sentire debeat circa oxyrhodini applicationem, ratio enim contrarium dictat, Galeni vero auctoritas permittit, ipse tandem in haec verba prorumpit. Sed ut dixi res mihi videtur difficultis, quoniam re vera in inflammatione aurium propositae rationes (de repereussione videlicet peccatis materiae ad cerebrum) ferre demonstrant, medicamenta repellentia nunquam conuenire. Nequaquam igitur admittenda sunt repellentia, ex paritate defumpta ab alijs morbis coasimilibus.

Denuò si minoris efficaciarum repellentia in phrenitidis ab ijsdem metu oxyrhodinisis prohibentur, cur valentioris virtutis vitanda non sunt? Nonne maiorem habent actuositatem repellentia medicamenta futuris adhibita, ut pote proximiuitate cuti adhaerentia, & fortioris operationis, quam aer frigidus caput circumambiens ægrotantis? Clauduntur ne ab hoc pori, repercutiturque materia ad cerebri recessus, a repellentibus minime? Aer tamen prohibetur ab ijs, oxyrhodino prius sine villa controversia admisso. Ecce Matthei de Gradis verba cap. de Phrenitide. Dicunt quidam quod inclinetur aer ad frigidum. Ratio est, quia est apostema calidum cum intensione febris &c. ergo oportet infrigidare; Contra hanc sententiam est communis opinio auctorum, nam Avicenna, Alexander, Mesue, Serapio volunt aerem esse temperatum. Alexandri ratio extat, quod si aer calidus est, facit ad evaporationem, & ebullitionem, & sic nocet, sed si frigidus facit ad constipationem, & restrinxit materiam ad intra. Sit ergo temperatus. Imò idem Matthæus ibidem loco aquæ frigidæ viuum granatum

Confirmatur exemplum minoris repellentis.

torum phrenitjcis exhibet, prohibens aquæ quomodolibet assumptæ potionem. Nam tales, ait, qui appetunt aquam, non appetunt aquam calidam, & maximè cum sint febrientes; non etiam tepida conuenit, quod relaxat, nec frigida, quod nocet effensualiter, cum panniculi cerebri sint de se paucorum spirituum, & multum frigidi. ergo detur alius potus loco aqua frigida, ut vinum granatorum &c. Si itaque timetur aqua frigida, ne eius vapores cerebri membranas refrigerando lethargum producant, quando statim ac aqua frigida per os assumitur, vix ad fundum ventriculi peruenta, calida fit, calidasque euaporationes ad cerebrum mittit, quomodo repellentia sine maxima laesione capiti applicanda. Hæc poros capitis defendo transpirationem fuliginum, calorisque præternaturalis prohibent, & antequam ad cerebri membranas pertingant, eorum virtus ex oīnia illa cerebri mole obtusa, in ipsius humidissimam cerebri substantiam adeò refrigerata impingunt, ut ne amplius inde extricari possint. Hoc autem intelligas ubi repellenda materia pauca sit, ita ut in cerebro contineatur. Siverò maior ejus copia extra suturas per panniculum carnosum extendatur, neque repellendi debet. Mattheus ubi supra sic ait. Similiter etiam in apostemate magno panniculi, ex quo repletur vene, que sunt extra cum communitate; nam in applicatione horum repercussiorum sequentur multa nocumenta. Primum nocumentum est, quod insipiat materiam, & prohibetur resolutio eius. Secundum nocumentum est, quod sicuti in emundorū non compiciunt repercussua, nemateria fluat ad membranam nobile, ita si sit apostema in panniculo exteriori nunquam applicentur repercussua, etiam si facta sit pleboleomia. Hæc Mat.

hæus

*Detrimenta
repellentiū.*

ineus. Ludouicus etiam Mercatus in cap. de apoplexia ex sanguine, loquens de interna plenitudine capitis oxyrhodinum prohibet his verbis. *Causa nere repellentia adhibeas, quia vene interiores maxima surgent plenitudine, quam longè pressorem, ac fixam efficiet. Qualiscumque igitur, & qualis sit materia maligoa phrenitidis aququam repercutiuis curanda.*

Rationem denique aduersorū ex Galeni auctoritate de promptam sic diluimus. Repellendam esse a capite, suprema corporis arce, humorē quem libet vel caliditate, vel frigiditate lādēntem vtiq; ego cum Galeno dicerem, si vel fieri posse a capite repulsionem materiæ ad alias partes cognoscere vel saltem indē non modō nullum emolumentum, sed potius detrimentum quam maximum prouenire obseruarem. Totum hoc innegabili dilemante ostendam. Repellendus humor vel ita in corpore abuodat, ut cerebrum petens non solum ipsius membranas repleteat, sed extra caluariam percutis externam substantiam se dispergat; vel infra caluariam in cerebro circumscriptus retineatur. Primum siue oiat, quod raro accidit, repellentia non conueniunt ut supra etiam ex aduersoriorum auctoritatibus probatum est. Si secundum, quod frequentius contingit, vel nulla sit repulsio, vel maxima cum lāsione. Vtrumque sic probatur. Repellens, ut repellat, vel debet esse ita contiguum cūm repellendo humore, ut ipsum alunde exprimere valeat; vel saltem si lōgiori intervallo ab eodistet, vim suam conseruet, vñque quo peream penetreret, aduersumque humorem repercutiat. Cum igitur supponamus materiam, quæ repellenda est, in-

*Respiratio-
ni ex Gale-
no adducta.*

*Humor ex-
tra caluariā
nō debet re-
pelli.*

*Intra calua-
riam vel nō
potest repel-
li, vel cum
maxima la-
sione.*

mem.

Repellens in cerebro vel incalescit, & sic non repellit, vel frigescit, & sic magis inficitur.

membranis cerebri contineri; repellens vero medicamentum capiti applicari, longissima est distans inter repellens, & repellendum. Igitur vel medicamentum ante quam per viuus sum carnosum panniculum inseratur, & per futuram coronalem intra cerebrum intromittatur, ex nimia caloris febris in toto capite excandescentia, cerebrique inflammatione, virtutem suam amitteret, calidumque per accidens fieret, quod vetustius puto. Vel concedatur ita validum esse, ut per tot calefactas vias pertransiens, adhuc tamen frigidam, repulsuamque naturam retineat. Si primum, a calido nulla habetur repulsio. Si secundum humoriam ex viri repellentis refrigeratus, crassior redditus, motuique prouersus ineptus, quomodo poterit extra amplissimam cerebri molem, que in homine cunctis alijs animalibus grandior est, repellere? Infixus procul-dubio remanebit in cerebro, & sic lethargum producit. Repellentia itaque velut inutilia relinquantur, vel fugiantur ut lethalia.

Quid de Galeno dicendum.

De Galeno autem quid dicam nescio. Summi, equidem medicinæ parentis doctrinam mirabilia in genio, diurnaque experientia costructam vindique veneror, amplector. Hic tamen magis videor a ratione, quam ab eius auctoritate persuaderi.

CONTROVERSIA TERTIA.

De leuioribus repellentibus, columbis præsertim an utiliceantur.

Columbi perdibus appositi repellunt a capite.

Reuellentia velle iora sunt, vel fortiora. In leuiorum numero recensentur præcipue veteres

Veteres columbi per medium viuentes adhuc dissecuti, pedibusque appositi in accessionum principijs, ubi vero materia caput petere videatur. Inter fortiora autem sunt vesicantia. De primis pauca in hac controvlesia dicere expedit. De secundis lo-

gioris sermone in sequenti disputandum.

Sentio nonnullos de hoc remedij usu obmurmurantes, quasi ad libitum hoc auxilium sine ratione, aut experientia nulla prolatum sit: rationem tamen nullam audio ab huius farinæ homines assignatam. Nos auctoritate, ratione, ac simule experimento quanti sint facienda haec remedia palam faciemus, breuissime tamen.

Observantissimus Dodonæus in suis proprijs observationibus anno 1585. editis, loquens de non nullis rebus revulsis remediis generibus pedum plantis apponendis inter cætera alia præferendos censet columbos. Potentior autem, ait ipse, omnibus est columba viuens in duas partes per dorsum disjecta & mox cum sanguine sub pedum plantis diligenter ligata Quæ non modo vaporosæ spiritus ad caput ferri preibet, sed & eo perlato reuocat, atque sic grauissimos capitis doloris sopit, & deliria sedat. Quod frequentius experimentum compertum. Eodem etiam modo ex antebemata crumentitia ad inferiores partes pertrahit: scilicet ut circa faciem, ac caput pauciora, circa vero ipsos pedes plura proueniatis. Liganda autem sub pedibus est columba, in epis sebum, præcipue exacerbationibus, vel paulò ante; pedibus interiori calentibus: atque illi horis ad minus duodecim finenda: deinde adrouenda, & in abenum aquæ frigida mox abiecta; ne odore sint molesta. Et præfertur ad buiscemodi diuersiorem columba reliquis vel volucribus, vel etiam animantibus: & quidem præpter singulariter, ac

Improbatur, sed nulla ratione.

Probat per eorum usus ex Dodonei auctoritate.

*eximiam quandam proprietatem humanae naturae gratia,
ac amicorum, qua pollere videntur. Quid uberioris, quid
clarius? celeberrimus etiam felix Platerus tractatu
2. praeceos cap. de febrium curatione hæc verba
profert. Plantis pedum columbus viuus per medium scis-
sus superligatus valde diuersit. Obstupeant hi, quita-
li præsidio videntes medicos rident, irident. Irri-
denda potius est ipsorum ignavia, qui cum nihil
sciant, omnia se scire existimant; aliorum vero sci-
ta negligunt, aspernuunt, eludunt. Hoc unum sci-
re, quod nihil scimus ex vero philosopho Socrate,
verè philosophicum est. Sed videamus an ratio au-
toritatem iuneta sit.*

*Ratio per-
suadens ap-
positionem
columbarū
ad pedes.*

*Calidi proprium esse attrahere omnibus, & phi-
losophis, & medicis comprobatum est. Attractio-
nem promptius, faciliusque a similieri vnicuique
liqueat. Plantas pedum mirabilem habere conser-
sum cum superioribus partibus, ventriculo præci-
pue, ac cerebro nemini est ignotum. At calidos esse
columbos; eorumque calorem simillimum esse ca-
lori, qui nostris inest corporibus, sciunt omnes. Igi-
tur si plantis pedum columbi apponantur, facili-
mè à superioribus partibus ad inferiora consimile
caliditatem attrahere valebunt. Nec rationi deest*

*experimentum; cum nihil tutius, nihil validius
hoc medicamento expertum habeamus.*

*Sed quid in re adeò perspicua plura
inserere oportet? Difficiliora
prosequamur.*



CON-

CONTROVERSIA QVARTA.

*Defensionibus et reuelentibus id est vesicatorijs non
competant.*

Veneranda equidem, ac mille digna praeconissim
semper fuit antiquitas. Et quæ profectò nō
iaceperunt, quæ non perficere s' quibuscumque
artibus, ac scientijs vel speculatoriis, vel practicis
sapientissimi, simulque expertissimi primæque illius
etatis seniores Magistri? Sed quid proinde forte
intercepta fuit omnimodo recentioribus via, quia
nostra ingenia ad multa apud antiquos ignota in-
uenienda, exercenda, ac stabilienda extollerentur?
Minime. Exemplo sint præter alia quamplura, bel-
licia ignea instrumenta, papyrus, typographia no-
stris postremis sæculis penitus inuenta.

*Non omnia
ab antiquis
inuenta.*

*Plura a re-
centioribus
inuenta.*

*Laudantur
medicinae
proceres.*

Verum ut hic genericus sermo ad rem medicam
perstringatur, quot solidissima iecit fundamenta
Medicinae Apollo? Quot orasmetra eius filij adiu-
xere & quantum perfectionis tribuit Hippocrates?
Quid postea non auxit, non amplificauit Galenus?
Quo tamen miro ordine, ac breuitate singula hinc
inde dispersa in vacuū collegit Aucenna? Si quis
tamen existimet viciam fuisse impositam in mé-
dica perfectione manum, ita vt nil audeat recentio-
rum aliquis innovare, absurdum se existimare,
pro certo habeat. Vberimus faoē est Medicæ fa-
cultatis campus; vastissimū Apollineæ artis ocea-
num. Est altera admirandarum rerum genitrix
Africa Medicina. Semper aliquid noni pro ægro-
tarium tutu, citatque iucunda sanitati in lucem
prodit.

Medicamenta iunioribus reperta, qua tamen in usum veniunt.

prodit. Medicamenta vulgo benedicta appellata; ex rosarum, aut violarum infusionibus confecta, & alia huius generis Galeno, & antiquioribus profus ignota, nonne hodiè felicissimè ad humanæ vi-
tæ instauramentum præ omnium manibus haben-
tur? Spagyrici, chymique professores quot bla-
da, vtilia, gustuque iucundissima medicamenta
apud veteres neque tantillum subodorata, inuenie-
re? Quid igitur mirum si inter alia, quæ ad propul-
sandas maleficas febres circumferuntur, vniuersa-
le, & quasi dixerim diuinum præsidium, licet ant-
quis non visitatum, humana industria attulerit, ve-
sificantia inquam? De his noster erit sermo.

Vesificantia competunt in malignis morbis.

Auctores vesificantia impugnant.

Nouiter inventa cur semper impugnantes babeant.

Sunt profecto vesificantia in febre qualibet ca-
coethe, seu mavis dicere, maligna, mali moris, ma-
lefica, palimbola; necnon pestilentia tū epidemica,
tū sporadica, celeberrimum, expertumq; auxiliū. Nec
hæsitare nos faciant tot celebres in vniuersa Euro-
pa viri hoc medicamentum a primo sui ortu impu-
gnantes; inter quos præcipue honoris gratia enu-
meratos volo Alexandrum Massariam fidissimum
Hippocraticæ, Galenicæque doctrinæ sequacem:
Horatium Guarquantem insignem Philosophum
Medicum, Astrologum, & Poetam: Rodericum
Fonsecam in praxi exercenda illustrissimum: & Si-
culum nostrum Messanensem Gerardum Colum-
ba acutissimum, nec satis unquam laudatum Phi-
losophum, ac Medicum. Hæc enim fuit vniuersal-
is cuiuscumque noui medicamenti fors; statim sci-
licet contradictum fuisse ab acutioribus ingenij,
tum quia aliorum noua placita inuidiaz ijs sunt, tū
quia recentiora præidia non adhuc frequenti, lon-
gaque experientia comprobata, suspecta adhuc cē-
sen;

sentur; quæ postea in ueterato vsu accepta, nec vi-
lum habet impugnatorem, nec timorem inferunt ip-
sis uentibus. Exemplū sit (quod magis est in prōp-
tu) largis belzoar, qui vbi primum ad usum medi-
cum fuit introductus, non nisi urgentissima neces-
itate, maximis p̄meditationib⁹, & consultatio-
nibus, paucissima quantitate, ac per distantissima
interualla ægris offerebatur, & tunc temporis p̄c-
cipue quando potius lapis marmoreus pro verna-
paranda, quam lapis belzoarticus pro reparanda
vita requirebatur. In præsentia vero quid tutius,
quid promptius, quid frequentius hoc lapide habe-
tur præsidium, non modo in febribus acutis ad cu-
randum, verum in ijs, quæ nullius sunt momenti
ad præseruandum? Hoc ipsum de oleo, ac spiritu
vitrioli, & sulphuris obseruatum habemus, quorum
vel nomina erant prius apud noūnulos exitialia;
nunc autem frequentissimus est usus. Idem etiam
vesicantibus evenit, a principio adeò explosis, ita
confutatis, tam horrificis, ut non nisi morti proxi-
mioribus, vita iam desperatis affigerentur; nostris
autem temporibus quotidiana experientia, conti-
nuoque usu familiarissimis.

Verum hic strictorem pugnam aggrediamur.
Referamus primo singula, quæ a vesicantium ho-
stibus obiciuntur. Hæc postea proprio ordine re-
pellantur. Nostram denique proponamus senten-
tiam, eamque comprobemus. Ecce quot spicula
aduersus vesicantia eiacylantur. Vesicantia ab
Hippocrate, Galeno, alijsque veteribus usitata mi-
nimè fuerunt: a maioribus nostris improbatave-
bunt: a coetaneis parum felicie ex iusto expertas sūt.
Non trahunt elongatus internis visceribus ma-

Medicam-
ta trecentia
primo ortu
timentur.

Opinio ad-
uersariorū
contravej-
cantia pro-
batur aucto-
ritate, & ra-
tionibus.

1. Ratio.
lignos

- gnos humores, quia non a tota substantia agunt; sed tantum calore, & dolore. Non transferunt causam morbis sicam ad cutim, vel istud maximo cum vitaे discrimine faciunt. Non transferunt, quia si hoc efficiunt, maximè calore, & dolore efficiunt. Calor, & dolor vel modici sunt, vel immodici. Si modici, non habetur intentū attractionis, quia circumscripti in parte ulcerata non pertingunt ad interna. Si immodici, ecce quot pericula. Augetur obstructio, crescit febris, venenum veneno communicatur, & vires prosterantur. Non evacuat materiam peccantem e venis, sed tantum ichorositatem quamdam carnis per cutim, & cuticulam diffusam. Demus quod noxium humorē expellat, hoc non pro multitudinis ratione faciunt; si enim vell largissimæ evacuationes in maleficiis febribus non sufficiunt, quowodo paucissima cutis resudatio conferens erit? Si aliquando vesicantia conuenient, maxime in morborum principijs, ut poterent reuulsiva medicamenta; hoc tamen est absurdissimum; humor enim malignus nisi prius concoquatur non potest a vesicantibus attrahiri. Concocta medicari, non cruda est magistri senis præceptum. In principio autem hic humor concoctus minimè erit. Vesicantia vel pariunt maximos dolores, vel non. Si secundum, non attrahunt. Si primum, dolor maximè vires resoluit. Audi Platonem in Timeo: *Duo sunt ex quibus bimbo facilius consumitur, febris, & dolor.* Viribus autem in maligna febre resolutis, unde salutis spes emanabitur. Natura ex Hippocratico oraculo morborum est medicatrix. Sed quid Natura sine viribus / sine anima corpus. VII. Nulla victoria haberet a natura contra morbum

dum nisi media concoctione. concoctio quiete indiget. Ex vesicantium appositione perturbatur concoctio; rapitur enim violenter indigesta materia a profundo corporis ad peripheriam. Futurus motus Naturæ pro crisi efformanda minime diuer tendus, aut perturbandus est. Diuertitur, & perturbatur per vesicantia, quæ per cutim evacuant, cum aliunde Natura forsan expulsionem moliantur. Calidissima sunt vesicantia, ignem addunt igni, & contraria e directo indicationi cuiuslibet febris, refrigerandi nempè, & febrile incendium temperandi. Vel humoral malignus turget, vel non Si primum, pharmaco per aluum, non per cutim purgante evacuandus. Si secundum, prius concoquendus: concoctus ex infernis, non ex peripheria educendus. Maligna materia ut plurimum ethereogena est quomodo semper vesicantibus homogeneis vacuabitur? Methodus reuulsionis a Gale no iradita est directa contrarietas. Sursum, deorsum; ante, retro &c. hinc prava materia caput, vel corporeas, inferne per aluum evacuari, non per cutim exigit. Explodantur igitur vesicantia. Hæc sunt, quæ breviter ex longissimis predicatorum auctorum commentariis aduersus meam sententiam colligere potui. Sed quomodo ijs respondendum perpendamus.

Necesse est prius perquirere quomodo attrahat vesicantia, quid attrahant, quo morbi tempore, a quo, ad quem terminum, & per quas vias attrahunt.

Duplicazione sit a vesicantibus attractio. Oe- culta proprietate, quam totam substantiam Gale- bus dixit, & manifestis qualitatibus. Occulta pro- prie-

Nostra sen-
tentia pro
vesicantib
probatur.

Quomodo
attrahant
vesicantia.

prietas in vesicantibus, propter cantharides, huius medicamētibases habetur. Cantharides in quacūque corporis parte apponantur, semper ibi venenum sibi simile attrahunt. Manifestæ qualitates ad tria reducuntur, ad calorem, dolorem, & vlcus. Hæc tum per se, tum per accidens attrahunt. Per se, quia calor ubicumque sit, semper trahit, proprium calidie est attrahere. Philosophicum dogma innegabile. Dolor cucurbitulæ instar Galeno p̄ceptore attrahit. Vlcus ad implendam cavitatem, & resarcendum humorem deperditum, alium eius defectum attrahit. Per accidens, quia natura semper prouida, ut partem calidam refrigeret, dolentem leniat, viceratam vniat, tenuiores humoris ad afflictum membrum statim detrudit. Attrahunt ergo vesicantia tum occulta, tum manifesta qualitate.

Quid attrahunt.

Sed quid attrahunt? Venenum naturæ prorsus inimicum, & ichorositates concoctoni rebellis, & hoc dupli cap. i. quia cantharides cum vt. nar. am. v. sicam naturalisympatia respiciant, cuius signum est eam de repente petere, ledere, vicerare, simili forma venenosa specifica venenum euocant. Secundo quia ichores totius corporis attrahunt, in quibus venenum tanquam in proprio subiecto residet.

Quo morbi tempore attrahunt.

Quo morbi tempore hoc efficere valent? In principijs; tum quia vt reuelentia in principio debentur; tum quia ichores attrahendi antequam fermentatio parte principi, aliter inutilis efficit reuulsio, euacuari debent, & hoc in principijs est consonum.

A quo termino, ad quem, perque vias attrahunt?

Ab

Ab ambitu corporis, cum ichores ad caput vel cor
firmari querant, ad cutim, vniuersale emunctoriū,
per carnis porositatem, & spiracula omnibus par-
tibus communicantia, & conspirantia.

His itaque iactis fundamentis. Sic aduersarijs
respondendum puto. Hippocrates, & præsertim
Galenus non solum cognita habuere vesicantia,
verum etiam ijs vii sunt. Videant, qui hæc nesciunt,
plura Galeni, & aliorum veterum loca, in quibus
vesicas facientia admittuntur; hæc autem fusissime
describuntur ab Hercule Saxoia in opere de phæ-
nigmis, & recentissime a Valerio Martino acutissi-
mo, doctissimoque huius sæculi viro. Si medicos
auctores medici non euoluunt, nunquam de re
medica benemeriti erunt. Quod autem multi ex
maioribus nostris vesicantia impugnarint, nil mi-
gium: plures enim sunt, forsitan celebrioris notæ
viri quæa sequuntur, defendunt, proponunt, ma-
ximisque laudibus exornant. Inter hos sunt Ioan-
nes Colle, felix Platerus, Petrus Salius diuersus, Eu-
stachius Rudius, Hercules Saxonia, Valerius Mar-
tinus, & alij, quos non recensendos hic iudico, ne
catalogum videar potius transcribere.

Id vero, quod de infausta experientia obijciunt,
vel fassum omnino est: contrarium enim quotidiè
experimur; vel si verum esse concedamus, illud eue-
nit se dicimus senioribus nostris, qui in congruè ve-
sicantibus vtebantur: quando iam in statu morbi,
confirmata materia, cum vesicantibus pro despe-
rato auxilio ægros relinquebant. Hæc medicamē-
ta si in principio non adhibeantur, onerosè, si-
ne ullo fructu, adhibentur; quia ut repellentia in
principio conueniunt. Ob hanc rationem multū

*A quo, per
quem & ad
quem termi-
num attrah-
bunt.*

*Responde-
ritati.*

*Auctores
laudates ve-
sicantia.*

*Experiētia
fallit male
vientes ve-
sicantibus.*

Marcus Antonius Alaymus rectum usum vesicantium prius apud Siculos recessit. debet medica Siculorum praxis Marco Antonio Alaymo, quivescantium usum adeo a senioribus medicis periculoso habitum, ut non nisi deploratis ea praeciperent, omnium primus generosa audacia in morborum principijs ita proposuit, laudavit, exercuit, vt eo Duce ceteri alij hoc praesidio per initia videntes maiorem agrotantium numerum quotidie a pestilentibus morbis liberatum iri obseruarint. Trahunt et longinquod vesicantia cum non solum manifesta, sed occulta qualitate totius substantiaz agent, vt diximus. Transferunt causam morbificam ad cutim, & sine ullo detimento quia non solum agunt calore, & dolore moderato, sed

- II.* similitudine occulta venenum attrahendi. Euacuant materiam peccantem ichorosam e venis, analogia, calore, dolore, & vlcere. aliter cur ab aduersariis in apoplexia, & letargo applicarentur. Educunt totam materiam peccantem, licet per plures vices, quod tutius est. Gutta cauat lapidem. In principio competunt vesicantia quia reuulsiva, sed non expectanda est concoctio, ichor enim euacundus concoctione non sustinet, aliter expectabitur mors. Moderati sunt dolores vesicantium, nec vires enervant, & sic moderati etiam attrahuunt, iuncti. Qua vi similitudinis occultae. Ex vesicantium appositione non solum perturbatur concoctio, sed potius adiuuatur; tolluntur enim ichores concoctionem impeditentes. Vel natura indicat futuram crism, vel non. Si primum. Ne verbum quidem de vesicantibus, sicut nec de alijs medicamentis. Quae iudicantur &c. Hippocrates. si secundum, crisis non indicata, vel ouilla, vel mala, ergo apponantur vesicantia. Calidissima sunt vesicantia, contraria febri
- III.*
- IV.*
- V.*
- VI.*
- VII.*
- VIII.*
- IX.*

febri, libenter concedo, sed quid inde maius detrimentus caliditatis, an emolumentum materie peccantis eductæ? Forsitan hoc nouum? Galenus non timet in com. 22. apb. 1. partic. adhibere per os pharmaca calidissima ut purgantur peccantes humores, & nos formidabimus externa euacuantia per cutim venenum decantem? Rhabarbarum nonne calidissimum cur vigente bile in tertianis deuorandum tribuitur? Mille alia forent exempla, sed quid in re adeo clara? Ichores semper ut turgentes habentur, quia tenuissimi, ergo melius percutim, quā per aliū fecerni possunt, cum maximè motus naturæ in pestilenti febre ad cutem sit, nunquam ad aliū, ut supra ex Fuchsio probauimus, cum de medicamento purgante egimus; & licet ex materia ethicogena eleueatur, homogenei tamen semper suūt in tenuitate, propter quam expelli percutim exoptant. Reuulsio tandem optime habetur per vesicantia quia prima contrarietas ab intus ad extra, & ad extra, quod magis sit consonum materiae morbificæ. Ichor facilius per cutim, quam aliud educitur, ergo melior reuulsio. Ecce dilutas obiectiones.

Sit igitur statutum in malignis febribus, ut malignæ sunt, vesicantia semper conuenire. Validissima in unica ratione confirmatur.

Malignitas ichorosa semper habet aptitudinem ad petendum cor, vel cerebrum, ergo reuellenda simul & euacuanda prius quam firmetur, & per loca magis conferentia, hæc sunt porositates carniū, tum quia ichor naturam habet sudoris, tum quia cutis est vixiuersale emunctorum partium corporis, tum quia leuius fertur hæc euacuatio per cutim

Ratio novissima.

quam aliunde ab ægrotantibus, tum etiam quia motus naturæ in pestilentibus febribus est ad cūtim.

Est itaque methodicè indicatum hoc auxilium in qualibet maligna febre. Nec habet aliquod particulare cōtra indicans, quod nō sit cōmune etiam alijs præsidij. In febribus putridis si ad sint virtum imbecillitas, sudor diaphoreticus alii fluor immodicus, quis sanguinem e vena extrahet, aut pharmacum propinabit. Attamen verum est dicere, in febribus putridis recte indicari sanguinis missione, & medicamentum purgans.

Videant igitur quicumque vesicantia improbat, quomodo à veritate aberrent, rationem aspernant, experimenta negligant, doctissimorumque hominū auctoritates eludant. Sed hoc vitio potius, quod talia nunquam legerint, vertendum. Forsitan melius edoēti meliora in posterum excogitabunt.

Hæc omnia sapientissime Castelli, diligenter examine, ac perspicaci intellectus tui ac cumque perpende, exagita, ut quæcumque sint a philosophicis, medicauè doctrina alie- na aduertas. Late- rim Nestoreos
vt viuas annos D.O.M. deprecor
Pan. Cal. Iun. 1647.



ME:

MEMORABILIVM ALPHABETICA.

Memoria.

A

A Er medium suscipiens supernas , & infernas impressiones Pag. 6. Pati potest ex se propriet annivarietates. 6. Quomodo alteretur per manifestas , & per occultas proprietates 2. Per se putridus est causa epidemiarum 2. Panormi quomodo fuit causa epidemiarum 10.

Aeris, & victus necessitas. 5. Aeris siccissimi venenum quos produxit effectus tempore Hippocratis. 11.

Alchimiae cur multum debeat Medicina. 50.

Alexipharmacorum probantur in febre epidemica. 20.

Alphonsi Zoppettæ laus, ejusque auri potabilis vires. 12.

Alterationes ab anni tempestate ex Hippocrate. 2.

Aphorismus 24. primi lib. Hipp. quomodo intelligendus. 45.

Anni in temperies cur morbos pariant. 9.

Atrabilis a quibus irritetur. 16. Augeatur 17. minuantur. 17.

C

C Ad auera ex febre epidemica quomodo a nobis obseruata. 14.

Causæ universales morborum duæ, aer, ac victus ratio. 5.

Chymica medicamenta reprobantur. 52. Desenduntur. 53.

Cby.

Chymicas operationes natura quotidie in corpore humano exercet. 54.

Cibandi idæa vnde sumatur. 25.

Clysteriol aliquando prauitatem agitarunt. 45.

Columbi pedibus appositi reuellunt a capite. 80.

Columborum usus probatur tum auctoritate tum ratione. 81.82.

Contagionis semina quot, & quænam sint. 2.

E

Epidemicus morbus quis sit. 2. Cur talis sit no-
ster. 2. Eius symptomata descriti buntur. 3. Cau-
sa. 5. Cur non sit victus ratio apud nos. 6.

Epidemias ex qua constellatione generantur. 10. Epi-
demiae nostræ subiectum. 12. Causa duplex 15.

Epidemica febris est morbus percutitus cum cor-
ruptione humorum. 29. Nostra responderet epi-
demias descriptæ ab Hipp. 3. epid. 46.

Erasmi Salatilious. 8.

Experimenta de venâ frontis, ac de cucurbitula
sub occipitio. 23.

G

Galenus de minoratione materie quomodo in
telligendus. 45.

H

Hydrudines curab aliquibus impugnetur 68. à
quibus auctoribus amplectantur. 69. quibus
rationibus defendantur. 69.

Mar-

M

Marcus Antonius Alaymus laudatur. 14. Primus apud Siculos sanguinis missionem ex pede in febribus malignis in vnum reuocauit. 68. Primus re^{ct}am vesicantium administrationem docuit. 82.

Morbi aut sporades, aut epidemici. 5. Sporadici causa 5. Morborum præseruationis quatuor modi. 16.

Medicina nostris temporibus cur perfecta. 50. Chymica a celebrioris sequitur.

Medica præcepta limitantur a viribus. 27.

Medici munus est præseruare. 15.

Medicinæ instrumenta quot, & quæ. 19.

Methodi antiquorum cum chymica recentiorum recta vno. 50.

O

Opus Medicum sub nomine. Simonis a Campi Neapolitani falso editum, est Erasmi Salati Siculi. 8.

Opus de sanitate tuenda ab Auctore promissū. 15.

P

PHarmacum in principio febris malignæ ad abscessuarijs multipliciter probatur. 37. reprobat. 37.

Petri Castelli laus. 51. Eius auctoritas de spiritu vitrioli. 56.

R

Rationales chymici celebiores sunt. 51. Ramificationes caue descendentes ad pedes. 64 Re.

Repellentia reprobantur. 71. eorum vis 71.

Repelli quæ materia possit, quæ minime. 72. 73.

Repellentis conditiones, & loci. 73. 74. detrimen-
ta. 78.

Reuellentia quot, & quædam sint. 22.

S

Sanguinis missio ex brutis. 57. Larga reprobatur
58. ex pede reprobatur. 62. probatur. 63.
Spiritus vitrioli reprobatur. 52. probatur. 56.
Syrupus magistralis ab Auctore expertus in epide-
micis. 17.

T

Tabacci abusus reprehenditur. 16. eius detri-
mента. 17. Turgentia quomodo euacuâda. 48

V

VAcuantia quæ laudantur. 23.
Vacuatio ex pharmaco cur non tutæ. 38. Per
venæ sectionem limitatur ad librum. 39.
Vesicantia reprobantur. 85. 86. probâtur. 87. 88. 89
Victus ratio qualis in epidemica. 19. tenuis proba-
tur. 24. reprobatur. 27.
Vires an plures in pharmaco, an in sanguinis mis-
sione. 38.

F I N I S.



8

8

8

8

8

8

8

8



